tur ſic. ⁊ ponatur talis caſus ꝙ ſint duo homines quoꝝ vnus ſit bonus
⁊ ſine omni peccato. ⁊ alius malus ⁊ occiſor per totum tempus vite ſue.
⁊ ꝙ idem malus homo in extremo termino ſue vite confiteretur omnia
peccata ſua. Et tunc vlterius ponatur ꝙ ambo moriantur. tunc queri-
tur an anima iſtius mali hominis tranſit ad celum vel ad infernũ. Non
poteſt dici ꝙ tranſit ad celum: quia tunc ſequeretur ꝙ d̃s eẽt iniuſtꝰ iu-
dex. quia iſte qui fuerat bonꝰ ꝑ totã vitã ſuã. ſicr ⁊ ille qui malus fuit per
totam vitam. ⁊ ſic haberent ſimile meritum. qđ eſſet iniuſtum. Nec po
teſt dici ꝙ anima iſtius mali homini trãſiret ad infernum: quia ꝯfeſſus
fuit peccata eius grauiſſima ⁊ penituit ⁊ contriuit de om̃ibus forefactis
atqꝫ delictis. ſed ſatiſſactionem pro his nondum fecit. Et ğ reliquitur
ꝙ vtiqꝫ eſt dare medium per quod ſit ſatiſfactio pro peccatꝭ mortalibus
oblitis. ⁊ pro omnibus alijs peccatis hic confeſſis ⁊ contritis pro quibus
tamen non eſt adhuc ſatiſfactum. Et illud medium ſm ſanctam m̃rem

eccleſiam eſt purgatoriũ in quo purgantur anime poſtq̃ decedũt q̃ hic
ꝓ peccatis non ſatis fecerunt. ¶ Iſtam rõem heretici ſbtiliter ſoluunt.
nam quãdo arguitur ꝙ ſic ſequeretur ꝙ deus eẽt iniuſtus iudex. ipi he-
retici negãt ꝯñam ad ꝓbationem. vt ſi ponatur ꝙ ſint duo homines. ⁊c.
vt ſupra qui ſimiliter tranſeunt ad celum. dicunt ꝙ licet tranſeãt ambo
ad celum ꝓpterea ds̃ non eſt iniuſtus iudex. quia tales non habent eq̃-
lem grãm. eo ꝙ non habent equale meritum. ⁊ ſic heretici dicunt vlteri
us ꝙ iſte ſint rationes ſophiſtice quas non curãt. ⁊ ido ꝓpter tales here
ticos ſumme neceſſariũ eſt oẽs ſacerdotes eſſe logicos. quia alias multũ
faciliter deciperent̃ ab hereticis: vnde p̄ſbyteri habent ꝙ gratia dei nul
li debetur niſi qui ſua pecccata deplanxit. addita ſatiſfactione. et g̊ ſi his
ſit ſola confeſſio ⁊ peccatoꝝ contritio ⁊ homo tũc moritur adhuc gratia
dei hmõi non debetur niſi etiã cum hoc ſit ſatiſfactio. mõ illa ſatiſfactio
poſt receſſum in viam vniuerſe carnis non poteſt fieri in celo. nec etiam
in inferno. ergo oportet ꝙ vtrię ſit ibi mediuꝫ ꝑ quod talis ſatiſfactio p̄t
fieri. ⁊ illud eſt purgatorium. ¶ Unde fundamẽtum hereticorum ẽ. ꝙ
purgatorium non eſt approbatum in ſacra ſcp̄tura. ſed tamen hoc ẽ fĩm
Unde ad hoc ꝙ purgatorium ſit tenẽdum multipliciter adducit̃ ſcp̄tu
ra. Primo patet autoritate veteris teſtamenti. vt legitur in libro ſecũdo
Machabeorum duodecimo vbi dicitur. Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatio
ꝓ defunctis exorare vt a peccatis abſoluantur. ſed notũ eſt ꝙ tales orõ-
nes non ſbueniũt animabus beatis que ſunt in celo. q2 ille ſunt in ſem-
piterna requie. nec etiam ſbueniunt animabus que ſunt in inferno. nã
tales redemptõem non ſperãt aliquã. Relinquitur ergo ꝙ orationes ꝓ
defunctis facte ꝓſint animabus in purgatorio exiſtentibus. Et patet h̄
idem autoritate ſancti Auguſtini. Euſebij. ⁊ alioꝝ doctoꝝ qui ꝑ multa
mirabilia miracula declarant eſſe purgatorium. Unde dr̄ btũs Grego-
rius in libro de allegorijs. ꝙ purgatorium ſupat oẽm penam corpalem.
quia nulla pena eſt maior purgatorij pena. ergo mãifeſte concluditur ꝙ
purgatorium eſt ponẽdum.

¶ Item dubitatur in quo loco eſt pugatorium. Ad hoc reſpõdẽt do-
ctores ſacre ſcripture diſtinguendo quattuor habitacula ⁊ manſiones.
Prima manſio eſt inferius ſimpliciter. ſcꝫ in centro terre in q̊ ꝯcurrunt
omnes putredines totius mundi. que quidam mãſio infernus nũcupa-
tur. in qua manſione detinentur anime peccatrices decedẽtes in pecca-
tis mortalibus. ⁊ iſte eternaliter ſtꝫ damnate ⁊ perpetuis cruciatibꝰ debite
quia ibi inhabitat horror ſempiternus. Secunda mãſio eſt ſup̄ infernũ
in qua habitant ſeu detinentur paruuli non baptizati morientes in pcc̄o
originali. ⁊ iſti non puniunt̃ aliqua pena ſenſibili. ſed eoꝝ pena eſt ſoluꝫ
illa ꝙ eternaliter carent viſione dei. Tercia mãſio eſt purgatoriũ. in qua
manſione ſunt illi qui moriuntur ſeu decedunt in peccatis venialibꝰ vel
in peccatis mortalibus oblitis: vel qui ꝓ omnibus peccatis commiſſis ⁊
confeſſis penitentiam non compleuerunt. ⁊ ſi cõpleuerunt. non tam̄ ſa
tis deuote ⁊ contrite. ⁊ iſti habent ſpeꝫ redemptionis. ⁊ iſti ſunt ꝓ quibus
celebrantur miſſe ⁊ ꝓ quibus fiunt ſuffragia. elemoſyne. et cões ſemper
in eccleſijs orationes. Quarta mãſio eſt alijs beatior. dr̄ ſinus abrahe. ⁊

ad iſtam venerunt ante legem nouam patres antiqui moriẽtes ſine pec
cato mortali. de q̃ dt dñs in Euãgelio d diuite ⁊ leproſo. Luce. xvj. Scḋm
eſt aũt vt moreretur mendic⁹ ⁊ portatus ẽ ab angelis in ſinum abrahe
Sed tamen illa mãſio deſtructa ẽ per chr̃m. quia chr̃s poſt ſuã reſurre⸗
ctõem illam mãſionem deſtruxit ⁊ oẽs animas ibi deꝑhenſas in vitam
eternam ꝑduxit. ¶ Itẽ ex quo hic fit mentio de ſuffragijs mortuorum.
tunc dubitaret quis que tamẽ ſꝫ illa ſuffragia que animab⁹ ꝓdeſſe pñt.
Rñdet beatus Gregorius. ꝙ ſꝫ quattuor: vicꝫ. ꝑces. miſſe. elemoſyne. et
ieiunia. Per iſta enim quattuor minuuntur peccata in purgatorio. vñ⁹
Miſſa. ꝑces. dona. ieiunia quattuor iſta. Abſoluũt animas quas ardẽs
detinet ignis. ¶ Itẽ dubitatur. vtrum pena purgatorij ſit equalis pene
infernali. Reſpondetur ꝙ ſic quãtum ad tormenta. ſed tñ illa eſt dr̃ña qꝛ
pena purgatorij eſt tꝑalis ⁊ trãſitoria. infernalis vero eterna. Etiam iſte in
purgatorio habent ꝯſolatõem ꝓpter ſpem redemptõis. iſte aũt que ſꝫ in
inferno nullam habent conſolatõem. qꝛ ſciunt ſe eẽ eťnalit̃ dãnatus.
¶ Item q̃ritur. vtrum pena in purgarorio ſit maior pena totius mũdi.
Rñdetur communiter loquendo. tunc pena purgatorij eſt maior ⁊ cru⸗
delior om̃i pena huius mundi. ſed tamen poteſt eſſe minor quãdoqꝫ iu⸗
xta quãtitatem criminis. ¶ Itẽ vtrum ignis purgatorij ſit corꝑalꝭ vl̃ ſpi⸗
ritualis. Rñdetum ſḃm btm̃ Gregorium. ꝙ in purgatorio eſt ignis corpo
ralis qui eſt idem ignis in ſpecie cum igne infern - li. ¶ Sed diceret qs.
inter agens ⁊ patiens debet eſſe ꝓportio ꝑmo d gñatiõe. ſed inter corꝑale
⁊ ſpũale non eſt ꝓportio. ꝰ anima non punitur igne corporali. Rñdet na
turaliter hoc bene eẽt verum qd concluditur ꝑ argumẽtum. ſed aie pati
untur ibi ex diuina admiſſione ⁊ ordinatõe ⁊ non noturaliter.
¶ Itẽ q̃rit̃. vtꝝ purgatoriũ maneat poſt nouiſſimũ diẽ. Rñr ſimplr ꝙ
non. qꝛ de⁹ ⁊ natura nihil faciunt fruſtra. ꝑmo celi ſed poſt nouiſſimũ diẽ
nulla erit pena trãſitoria. ſed ois aia aut ſaluat̃. aut dãnat̃. ſi ſaluat̃. tunc
aſcẽdet in altitudinẽ ſumme deitatꝭ ⁊ vite beatitudinis. ſi damnat̃. tũc de
ſcẽdit in ꝓfunditatẽ inferni: igit̃ ꝓ tũc poneret̃ fruſtra purgatoriũ.
¶ Etiã q̃rit̃. vtꝝ celebrare miſſam ꝓ aia vna iuuet oẽs alias aias. Rñr
ꝙ celebratio ꝓ vna ſpeciali aia gñaliter ꝓdeſt oib⁹ animab⁹ exñtib⁹ in pur
gatorio quo ad liberatõem. ſꝫ tñ illi aie ſpẽaliter ꝓdeſt quo ad honorẽ. Ex
emplum. ſicut candela ponitur ante ꝑncipem ad eius honorem. tñ omi⸗
bus aſſiſtẽtibus lucet.
¶ Item queritur. vtrum peccator exiſtens in mortali peccato bonam
operationem ꝓ defunctis faciendo poſſit animas abſoluere a pena pur
gatorij. Rñdetur. aliquem facere bona opa ꝓ defunctis intelligitur du⸗
pliciter. Vno mõ ſḃm ſe ⁊ abſolute. Alio mõ inq̃ntum eſt miniſter eccłie
ꝑmo mõ ſi pctõr exñs in peccato mortali facit aliqua bona opa ꝓ defun
ctis ſḃm ſe ⁊ ꝓpo nutu. ⁊ motu ⁊ non in ꝟtute eccłie. tunc illa ſuffragia nõ
proſunt animabus in purgatorio exiſtentibus vt dt ſctũs Thomas de
aquino. Si vero illa operatio per huiuſmodi hominem fieret inquan⸗
tum eſt miniſter eccleſie. ⁊ eſt in numero fidelium. tũc eius ſuffragia ꝓ⸗
ſunt anime.
¶ Item queritur. vtrum purgatorium ſit pars inferni. Reſpondetur

ꝙ purgatoriū eſt duplex.ſcꝫ ſpēale ⁊ ꝑuatm̄. Et tunc vlteri⁹ dicat̄ ꝙ pur
gatoriū ſpeciale eſt ꝯiunctū ipi inferno ⁊ ad illū mittunt̄ aīe que de ꝯmu
ni lege ſunt puniēde. Et illud pꝫ ꝑ btm̄ Gregoriū in libro de allegorijs
vbi dt.ꝙ cū eodē igne purgātur. Sed purgatoriū ꝑuatm̄ ſꝫ btm̄ Grego
riū eſt in diuerſis ꝑtib⁹ mūdi.nā quedā aīe purgunt̄ in glacie.q̄dā in aere
q̄dā in ſiluis.q̄dā in deſerto:quedā in ſterquilinijs ⁊ ſic de alijs ꝑtibus hui⁹
mūdi. ¶ Itē q̄rit̄ q̄re chr̄s deſcendit ad inferna. Rn̄det ſctūs Thomas
de aq̄no dicens.ꝙ ſicut chr̄s verus homo factus venit in hunc mūdum
vt ꝑ pniam corꝑalem eſſet lumen mundi.ſic ad infernū venit ꝑ diuinita
tis maieſtatē vt eſſet lumen ſanctoꝝ patꝝ in limbo inferni exiſtentiū. qꝛ
chr̄s defunct⁹ ſꝫ in hūanitatē iuit ad inferna potenter ⁊ redemit omnes qui
in hoc mundo n̄ ꝓpria voluntate.ſed hūanitas fragilitate ceciderūt in pec
cata ſicut erāt ſcti pr̄es ⁊ ꝓphete ⁊ ꝯſimiles. ¶ Itē q̄ritur q̄liter chriſt⁹
deſcendit ad inferna.an tunc defuit angelis in celo. Ad hoc rn̄det ſanct⁹
Auguſtin⁹.ꝙ q̄uis chriſtus verus deus ⁊ homo fuit in hoc mūdo tamē
ꝑſentia diuitatis ⁊ claritatꝫ ei⁹ nunq̄ꝫ defuit angelis in celo ⁊ ergo vt vult
ſctūs Auguſtinus.ꝙ tali etiā chriſtus deſcendit ad inferna claritate ⁊ po
tentia quali corā angelis fulgebat in celeſti hiererachia. ¶ Item q̄ritur
vtꝝ hij q̄ non ꝯplēt ſatiſfactōe in vita pn̄ti ⁊ cū hoc moriunt̄.an iuſte pu
niatur. Rn̄detur.ꝙ illi qui nō cōplent pniam in pn̄ti vita ⁊ ſi moriuntur
iuſte.puniētur pena purgatorij.qꝛ dicit magiſter in ſentētijs. Purgādus
eſt igne purgatōis qui in aliud ſeculū detulit fructā ꝯfeſſionis. De illo
igne purgatorij dt btūs Aug⁹.ꝙ ignis purgatorij ſi non ſit et̄nus.miro
tn̄ mō grauis eſt. ſupat em̄ oēm penā quaꝫ homo vnq̄ꝫ paſſus eſt vel pati
poteſt in hac vita. Sicut em̄ depictus ignis ad ignē realē ſe hꝫ.ſic ſi ignis
pn̄tis ſeculi infernali ꝯpatur.ſed de carcere infernali eterne dānatiōis dr
in quodā ſmone. Carcer eſt homini qn̄ māibus ⁊ pedibus vinculat̄.ſꝫ pe
nalioꝛ qn̄ tenebris ꝯtinuis includitur. Penaliſſim⁹ tn̄ qn̄ ꝯtinue fletibus
⁊ dētiū ſtridoribus anguſtiat̄. Talis erit carcer infernalis de q̄ dr Math.
viceſimo ⁊°.ligatis māibus ⁊ pedib⁹ mittite eū in tenebras exteriores. ibi
erit flet⁹ ⁊ ſtridoꝛ dētium. In iſto igne et̄no diuerſi ſꝫ tortores. vn̄ me
trice dr. Sunt tibi tortores ſpētibus horridiores. Deformes nigri.ſꝫ n̄ ad
verbera pigri. Nunq̄ꝫ laſſant̄.ſꝫ ſꝑ ad hec renouāt̄. De tali em̄ igne nl̄la
ē redēptio abſolute loq̄ndo.lꝫ bn̄ de igne purgatōis vt ſup̄ dcm̄ eſt.
Itē q̄ritur q̄re ſacerdos ante collectā ſalutat populum dicendo.domi
nus vobiſcū.populus rn̄det.⁊ cum ſpū tuo. Ad hoc eſt dicēdum.ꝙ hec ſa
lutatio domin⁹ vobiſcum ſumpta eſt ex libro Ruth.capitulo ſcdo.vbi le
gitur.ꝙ boos ſalutauit meſſores ſuos. Et eſt ſnīa illius dominus vobi
ſcum.id eſt in petitionibus bonum tribuat affectum vt in vobis manē
at ꝑces veſtras exaudiat.grām conferat ⁊ p̄mia tribuat ⁊ chorus reſpon
det ⁊ cum ſpiritu tuo. id eſt dominus ſit in te qui ſpiritum tuum inno
uat qui ſit in viſceribus tuis.quia non exaudiātur preces illius q̄ nō ſpi
ritum ſctm̄ rectū hꝫ q̄ſi chorus ⁊ populus dicat.tu nobis hoc optas dicē
do dominus vobiſcum.ideo nos dicimus ⁊ cum ſpiritu tuo. ſic domin⁹
vt valeas nobis hoc impetrare.vel poteſt dici.ꝙ ꝑ hoc quod dicit chorus
⁊ cum ſpiritu tuo datur intelligi ꝙ ſacerdos deb̄ eſſe totus ſpiritualis.

vt ſit ſenſus ⁊ cū ſpū tuo.i.dn̄s q̇ eſt in ore tuo ſit et̄ in corde tuo ⁊ in mē-
te tua. ¶ Deinde ſacerdos dīt Oremꝰ in ſignū ꝙ chr̄s in orto triſtis ⁊ me-
rens patrēq; rogās vt auferret a ſe calicē paſſionis amariſſime quē bibi-
turꝰ erat dixit diſcipulis ſuis.orate ne intret̄ in tentatōem.vt hr̄ Matth.
xxvj.capitulo.

¶ Item q̄rit̄.q̄re collecta ſequit̄ kyrieleyſon ⁊ gl̄ia in excelſis cū legit̄ miſ-
ſa.Dōm.ꝙ rō ordinis illiꝰ ē iſta.qm̄ nūq̄ fieri pōt recta aut v̄a petitio ad
dn̄m deū.niſi mens p̄cāt̄ ſuerit hūiliata ⁊ ꝓrſus ab om̄i ſupbia atq; vana
cogitatōe alienata qm̄ hūiliatū cor deꝰ nō ſp̄nit.ſ; exaudit.iuxta illō̄. ps.
Cor ꝯtritū ⁊ hūiliatū deꝰ nō deſpicies.Sz hmōi hūiliatio p̄cat̄ cū canit̄.
aut legit̄ kyrieeleyſon.qō̄ interp̄tat̄.dn̄e miſere. ¶ Scdo dz fieri q̄dā ele
uatio ment̄ petent̄ in deū.vt tota eiꝰ cogitatio in deū flectat̄ qō̄ p̄cat̄ cū
legit̄ aut canitur:gloria in excelſis.quod eſt laus angelorum per quam
laudem mens hominis eleuatur ⁊ in deum totaliter tendit ⁊ tunc ſequi
tur petitio que fit in collecta.

eſt ſc̄ aliq̄ ſc̄ in diuinis .i.p̄nōiat .i.poſtea
Si collecta patrem pronunciat vt tamen infra
.i.memoria .i.filij ſc̄ collecte .i.ꝯcludas.ſc̄ dn̄m nr̄m ih̄m.ꝛc̄.
Mentio fit prolis in fine legas per eundem
.i.memoria. .i.filij ſc̄ nr̄m ih̄m.ꝛc̄.i.ꝯclude
Mentio ſi nulla ſit prolis per dominum dic
.i.p̄ponit̄ ſc̄ coll̄a .i.filij .i.ſine mētōe fc̄tā de p̄re
Si precedit in hac nomen nati ſine patre
ſc̄ ⁊ regnas.ꝛc̄. .i.finit̄ ſc̄ coll̄a
Qui cum patre deo viuis concluditur iſta
ſc̄ ſpūs ſc̄ti deꝰ.i.ꝯcludas .i.ſi mētio fit de ſpū ſc̄tō
Eiuſdem dicas ſi ſpiritus intus habetur

¶ In hac p̄te raymundꝰ determinat de collectis dicendis.etiā in alijs
feſtiuitatibꝰ.⁊ diuidit̄ in duas p̄tes. In p̄ma det̄minat d̄ fine collectaꝝ
in ſcd̄a det̄minat de p̄ncipijs collectarum.Scd̄a ibi. Omnibus oremꝰ
q̄ntum ad p̄mā p̄tem ex littera eliciuntur quattuor regule. Quarum p̄
ma talis eſt.ſi aliqua colllecta dirigitur ad p̄rēm ⁊ in ea fit mentio de per
ſona filij.tunc debet ꝯcludi p̄ illud relatm̄ p̄ eundem dicendo p̄ eundem
dn̄m nr̄m ih̄m chr̄m.ꝛc̄. ¶ Scd̄a regula.ſi in aliq̄ collecta fit mētio de ſo
lo p̄re ⁊ non de filio.tunc in fine illiꝰ collecte dz legi p̄ dn̄m nr̄m .vt p; in
omnibꝰ collect; dn̄icalibꝰ ⁊ ferialibꝰ ſicut in parce dn̄e.parce pc̄tis.ꝛc̄ Ter
cia regula ē.ſi in aliq̄ collecta mentio fit de ſolo filio ⁊ non de p̄re.tunc ta
lis collecta debet ſic concludi.qui cum p̄re deo viuis ⁊ regnas.vt pat;.ibi
Deus qui crucem ſanctam aſcendiſti.ibi ſolum fit mentio de filio. quia
filius aſcendit crucem.ergo debet ſic ꝯcludi ſicut dicit regula. ¶ Quar-
ta regula.quādocunq; fit mentio d̄ ſpiritu ſancto,tūc in fine illiꝰ collecte

debet poni illud relatiuū eiuſdē. vt pꝫ in hac collecta. deꝰ qui corda fideli
um: ibi nunq̄ fit mētio de ſpūſctō. ģ debet ſic ꝯcludi. ꝑ dñꝫ nr̄m ihm̄ chri
ſtum filium tuum. q̄ tecū viuit ꝛ regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſā
cti. ꝛc̄.
¶ Notādū. ꝙ vltra illas regulas in lrā poſitas ponunt̄ alie regule q̄ꝝ ꝓ
ma eſt iſta. quādo in ꝓncipio collecte fit mentio de prē. ꝛ in fine de filio.
ꝛ de ſpiritu ſctō. tunc t. lis collecta debet concludi per eundem quo ad
filium ꝛ debet addi eiuſdem quo ad ſpiritum ſctm̄ vt ſic. ꝑ eundem dñm
noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. ſic ꝙ in fine addatur eiuſdē ſpi
ritus ſācti. ꝛc̄. vt patet: ibi. omnipotens ſempiterne deus.
¶ Scōa regula eſt. qñcunq̄ in aliq̄ collecta fit mentio de filio ꝛ de ſpūſā
cto. tunc talis collecta debꝫ concludi ꝑ eundem quo ad filium ꝛ dꝫ addi
eiuſdem quo ad ſpiritum ſctm̄. vñꝰ. Per dominum dicat cum pr̄ pſbyt
orat. Cum chriſtum memorat per eundem dicere debes. Filio ſi loquit
ris qui viuis dicere debes. Qui tecum ſi ſit collecta finis in illo. Si ſpiri
tus almus eiuſdem dicere debes.
¶ Alia regula. in quacunq̄ collecta ponit̄ illa dictio. vbū redēptor. r. vni
genitꝰ. tūc ſꝑ t. lis collecta dꝫ ꝯcludi eundē. ꝛ rō illiꝰ eſt iſta. q2 illa mentōeꝫ
faciunt de filio.
¶ Itē notādū. ꝙ oēs collecte ſimul ꝯcludunt̄ ꝑ illā clauſulā. ꝑ dñꝫ nr̄m
Et rō ē. q2 et ſoro nrā dꝫ fieri in noīe filij ad prēm vñ in Euāgelio Joānis
decimoſexto dt dñs. Si qd petierit prēm in noīe meo dabit vobis.
¶ Itē notādū collecta ꝓpe dr̄ eo vocabulo. q2 antiquitꝰ qñ rhomāi volu
erunt trāſire cū reliquijs. tunc ipis venientibꝰ ſuꝑ ppl̄m collectum talis
collecta dicebatur ſicut verba orōnum dicebātur que verba poſtmoduꝫ
dicta collecte a populo appellabātur vel aliter de collecta. quia ipē ſacer
dos collegit omnes orationes chriſtifidelium ꝛ petiuit ꝓ omnibus chri
ſtifidelibus in fide catholica exiſtentibus ꝛ ſic rōne illius petitionis in cō
cluſione dr̄ collecta.
¶ Itē ex quo hic fit mētio ꝺ collectꝭ dicēdis in miſſa. tūc neceſſariū ē vt
ſciat̄ numerus collectaꝝ in diuino officio dicendaꝝ ꝛ aliquis ex ignoran
tia hmōi numeri in errorem incidat qui ſūmope in tā ſumno diuinoq̄ꝫ
officio ꝑcauendꝰ eſt.
¶ Pro quo ſciēdū. ꝙ numerꝰ collectarum in diuino officio miſſe dicen
darum ſemper debet eſſe impar ſic ꝙ nunq̄ dicātur due collecte quat
tuor vel ſex: ſed vna vel tres vel quinq̄ꝫ vel ſeptē vna ſꝑ vnitatē eccclie ſꝫ tres
ꝓpter reuerentiā trinitatis. Sed quinq̄ꝫ ꝓpter quinq̄ꝫ vulnera ieſu chrī.
ꝛ ſeptem ꝓpter ſeptem petitiones quas chriſtus docuit ꝛ illum numerū
nullus excedere debet ne aſtātes attediātur. Sed tamen btūs gregoriꝰ
facit exceptionem dicens. ſi in ſummo feſto occurrit aliquod feſtuꝫ. tūc
poſſunt legi due collecte ſub vna concluſione ſicut in die ſtephani ꝓtho
martyris vbi prima collecta legetur de ſancto. ſecunda ꝺ natiuitate xp̄i.
ſimiliter in die innocentum leguntur quattuor collecte. prima de inno
centibus. ſecunda de natiuitate chriſti. tercia de ſctō Joāne. quarto ꝺ ſā
cto Stephāo.

¶ Item notãdū.ſacerdos dicens aliquã collectã diſcooꝑto capite dice
re debet. Et ſimiliter p̄ſul ſiue Ep̄s infulã deponere debet⁊ debet tenere
vultū vſus oriētē⁊ ſtãs eleuatis mãibus. Dicitur ꝑmo.ꝙ dꝫ ſtare diſcoo
ꝑto capite in ſignum illius.ꝙ mundus debet eſſe ab om̄i pctō⁊ debꝫ ha
bere vnam intentōem ad ipm̄ deum⁊ ſpeãliter ꝓpter illō ꝙ inter deū⁊ ſa-
cerdotē nullū debet eſſe mediū.ſed dn̄t eē vniti in celebratōne tãti diuini
officij.ido in ſignum huiꝰ vnionis diſcooꝑtus eſſe dꝫ. ¶ Item dr̄ reti-
nere vultum in vſus orientem in ſignū ortus ipſius filij dei.qꝛ pr̄ in diuinis
non iudicat quenq̄̄.ſed omne iuditiū dedit filio ſuo.ideo ad reuerentiaꝫ
ſui ortus⁊ natiuitatis.tunc omnes orōnes in diuino officio miſſe fiunt
verſus orientem ¶ Item debet ſtare extenſis mãibus.quia ſicut quãdo
moyſes orabat ꝯtra aduerſarios ſuos.Exodi.vij.tunc duo tenuerunt ei
brachia.⁊ ſic adhuc in rhomana eccl̄ia cum dominus Apoſtolicus cele-
brat.tunt duo ſuſtinent ei manus in ſignum huiꝰ ꝙ chr̄s filius dei pēde
bat in cruce extēſis mãibus.

¶ Item notãdum.ꝙ in fine cuiuſlibet collecte dicit̄ ꝑ om̄ia ſecl̄a ſecl̄o-
rum quod multis mōis exponit̄.vno mō conſecutiue vt ꝑ omnia ſecula
ſeculoꝝ.i.ꝑ oēs generationes nunc⁊ in futuro.quia filius dei ſemper re-
gnat cum pr̄e ſuo in qualibet generatiōe. Alio mō ſic exponitur ꝑ om
nia ſecula ſeculorum.ꝙ fiat ibi anthonomaſia.i.excellentia vt dicimꝰ cã-
tica cãticorum.ſecula ſeculoꝝ. Tercio mō ſic exponitur ꝑ oia.⁊c.i.ſic̄ filiꝰ
regnat ab eterno cum pr̄e.ſic adhuc regnat ꝑ om̄ia ſecula ſeculoꝝ.id eſt
in eternū ⁊ vltra. Et tunc chorus rn̄det Amen.⁊ hoc modo exponit̄ du-
plr̄.vno mō ꝓut reſpicit ipam orōem⁊ tūc eſt ſenſus.ſicut vos optatiſ in
orōne petēdo ſic etiã opto ꝙ fiat Alio mō exponit̄ ꝓut reſpicit ꝯcluſionē
orōis.⁊ tunc eſt ſignū ꝯfirmatio vt amen.i.vm̄ eſt qō tu dicis.videlicꝫ.ꝙ
filiꝰ in etn̄um regnat cū pr̄e. ¶ Sed diceres q̄re hoc additur in collectis
Rn̄detur.ꝙ hoc additur ꝓpter aliquos viles hereticos q̇ dicunt ꝙ lucifer
qui detentus ē in ꝓfundo inferni adhuc ſit regnaturꝰ.⁊ ꝯleuari debeat
ad aſtra⁊ regnare in ſecula ſeculorū.mō ꝓpt̄ illã hereſim deſtruēdã addi
tur illa clauſula collectis in quibꝰ ꝯcludit̄.ꝙ chr̄s cū pr̄e ſit regnaturꝰ in
ſecula ſeculoꝝ. ¶ Vltimo ē notãdū de caſibus. Primꝰ caſus eſt iſte.ſi ſa
cerdos infra canonē ꝓpt̄ aliquã magnã debilitateꝫ corpis recederet d̄ al
tari vtꝝ alter ſacerdos p̄t ꝓ ipo miſſam ꝑficere. Rn̄r.ꝙ ſi dubiū eſt an ta
lis hoſtia ſit ꝯſecrata a tali ſacerdote an non.⁊ ſi in cāu eſſet ꝯſecrata.tunc
ipſa debet reſuari in loco ꝯſecrato.ſic ꝙ tunc alter ſacerdos p̄t incipe de
nouo miſſam ⁊ ꝯficere alterã hoſtiã cum ꝑma ꝓpter dubium remouen-
dum⁊ ratio eſt.qꝛ vnū ſacr̄m debet confici ab vno ſacerdote vl̄ miniſtro.
⁊ ſic tunc eodem mō dicēdum eſt de ſanguine chriſti. ¶ Scd̄s caſus eſt.
iſte.ſi ſacerdos ꝯficeret corpus chriſti⁊ ſi eum inuaderet magna infirmi-
tas.ita ꝙ moreret̄ circa altare.tunc dubiū eē vtꝝ alter ſacerdos poſſꝫ ac
cedere ꝯplendo ꝑtē miſſe. Ad hoc rn̄dent antiqui ꝙ non eſt neceſſe in ta
li cāu miſſaꝫ a ꝑncipio inchoari. Si aūt aliquis ſine neceſſitate abſqꝫ pe-
riculo mortis non ꝑficeret miſſam inceptam.tunc talis peccat mortali-
ter⁊ deberet excommunicari. Alij reſpondent ad caſum⁊ melius.ꝙ ſi ſa
cerdos moreretur poſt ꝯſecratōem.tunc talis hoſtia debet ꝯſeruari.⁊ loco

ↄſecrato⁊ tunc alter ſacerdos poteſt accedere⁊ incipe miſſam de nouo.
Ex quo ſequit̃. ꝙ ſi ſacerdos añ eleuatõem hoſtie interficeret̃. tũc tal' ho
ſtia deberet reſuari in loco ↄſecrato⁊ nõ deberet alter accedere ad ꝑficiẽ
dum iſtam miſſam. ¶ Tercius caſus: ſi animal brutum tãgeret hoſtiã
ↄſecratã ⁊ cõmederet ipam: vtrum talis animal cõmederet verum corpꝰ
chriſti. R̃n̄r ſm̃ d̃m̃ Innocẽtium ꝙ non. quia ꝗ̃cito mus vel aliqͦd aial'
brutum commederet. tunc amplius deſinit eſſe corpus chriſti vbi nota.
ꝙ quicunqȝ non bene cuſtodiret ſacr̃m. talis debet penitere quadragin-
ta diebus. Sed quãdo tale ſacr̃m ꝑdiderit. tunc debet penitere vltra: vt
habetur extra in decretis. ¶ Quartus caſus. ſi ſacerdos leuaret corpus
chriſti ⁊ veniret columba vel alia auis ⁊ reciperet corpus chriſti de mani-
bus ſacerdotis. vtrum talis auis eẽt excommunicanda. ⁊ videtur ꝙ ſic.
quia omne committens ſacrilegium eſt excommunicandum. Sed illa
la auis eſt huiuſmodi. ergo. ⁊c̃. Ad hoc reſpondetur. ꝙ illa auis nõ ſit ex-
cõmunicãda. ⁊ rõ eſt iſta. qꝛ ſola animalia rationabilia ſunt excommuni
cãda. ſed hic auis non eſt huiuſmodi. igitur. ⁊c̃. ¶ Quintus caſus ẽ iſte.
vtrum aliqua ſunt impedimenta que poſſunt impedire ſacerdotem ne
corpus chriſti digne conficeret. Reſpondetur ꝙ duplex eſt impedimẽtũ.
nam ꝓmum impedimẽtum oritur ex pena. Scdm̃ ãt ex culpa: modo pe
na eſt duplex. ſcilȝ. canonica. ⁊ naturalis. nam pena canonica d̃r excõmu
nicatio eccl'ie ꝓhibitõ ⁊ officij expenſio. ſed pena naturalis illa fundatur
ſup defectꝰ naturales iſtiꝰ corꝑis ſicut eſt carentia brachij ⁊ cecitas viſus.
Sed culpa etiam eſt duplex. nã quedã eſt culpa mortalis ⁊ quedã venia-
lis. mõ ſm̃ hoc r̃ndetur ad caſum ꝑ̄dictum ꝙ culpa mortalis impedit ſa-
cerdotem ꝙ non p̃t digne celebrare. Nam ſi celebraret in culpa morta-
li. tunc ip̃e duplicaret peccatum mortale. nã vnum pcm̃ mortale ↄmit
teret in ſumendo ⁊ aliud cõmitteret in ↄficiendo. ¶ Sed culpa venialis
non impedit ſed de ꝓmo impedimẽto dcm̃ ẽ ꝓus in caſibus quo ad pri-
mã ꝑtem. Sed ſcd̃a eius ꝑs nota eſt de ſe. ¶ Sextus caſus. vtꝝ viciatus
vel mutilatus in vna manu p̃t celebrare. R̃ndetur. ꝙ ſi talis mutilatio
ſit notabilis. tunc non p̃t celebrare. niſi papa ſecum diſpenſauerit. ſi autẽ
illa mutilatio non eſt notabilis ſic ꝙ p̃t ſtare ſine ſcãdalo populi. tunc p̃t
celebrare miſſam. Et ſpecialiter ſi illa mutilatio eẽt in pollice. tunc ille
non debet celebrare ⁊ illud h̃r pleniꝰ extra de corꝑe viciato caͦ. glorificato
vbi legitur de quodaȝ abbate qui fuit ꝓuatus officio ſuo ꝓpt defectum
manus. ¶ Septimus caſus vtum mutilatio digitorum impediat cele-
bratõem. Reſpondetur. ꝙ ſicut extra de corꝑe viciato p̄ſbyter ꝙ nõ. naȝ
ibidem d̃r. ꝙ ſi aliquis caret pollice vel indice. ꝙ non poſſet celebrare. qꝛ
nõ poſſet fieri ſine ſcãdalo populi. ſed carentia alioꝝ digitorum ſiue mu
tilatio non obſtat.

¶ Septimus caſus. vtrum carens teſticulis ſiue virilibus ꝑ abſciſionẽ
poteſt celebrare miſſam. Reſpondetur. ꝙ aliquis caret virilibus duplici
ter. vno modo ꝓpter medicinam. vicȝ. vt poſſet euadere lepram vel ali
am infirmitatem. ita ꝙ teſticuli ſunt abſciſi gratia neceſſitatis. tunc po
teſt celebrare miſſam. Alio modo aliquis caret virilibus ſine neceſſitate
ita ꝙ ꝓuatꝰ eſt eis ꝓpter euitare fornicatõem ſiue actꝰ meretricarios. tũc

talis debet licentiari ab om̄i officio ꝛ dignitate ſacerdotali vt habeť extra de corpe viciato p̄ſbyter. ¶ Non⁹ caſus evtꝫ macula oculi vel claudicatio pedū impediat celebratōnem: Ad hoc rn̄detur. ꝙ ſi talis claudicatio pedum eſſet valde notabilis videlꝫ. ꝙ non poſſet bene ſtare p̄ſbyter ſine baculo circa altare. tunc impedit celebratōem. Si aūt claudicatio ei⁹ nō eēt notabilis. nec eſſet ſcandalum populo: tunc non impedit. Similiter dꝛ: ſi macula in oculis eſt notabilis. ita ꝙ ipſe ſacerdos non p̄t diſcernere lr̄as. tūc impedit celebratōem. Si āt illa macula non eſt notabilis. tunc etꝫ non impedit celebratōem miſſe. Itē ex quo dꝛ in cātico: q̄lis pať etiā filius talis ſpūſſanctus. ꝛ paulopoſt. ōps pater. ōps filius. ōps ſpūſſanct⁹. Quare g̊ aliqua ōr̄o non dirigitur ſpirituiſancto. ita bene ſicut patri ꝛ filio. Rn̄detur ꝙ ſpūſſanctus donum dꝛ. Vnde illud donum ꝓmittēs chr̄s diſcipulis dixit. ſi ꝑaclitus. i. ſpūſſanctus queꝫ pater mittet in noīe meo. mō a dono non petitur. ſed a largitore doni quare ꝛc̄.

¶ Itē diceret quis q̄liter ſacerdos ſe habere debeat legens collectaꝫ in miſſa. Rn̄detur ꝙ debet eam legere in dextra parte altaris. cuius rō eſt qꝛ ꝑ dexteram bona eterna. ꝛ ꝑ ſiniſtram bona tꝑalia deſignātur. vt deſignet: g̊ ꝙ eterna ꝛ ſpūalia dona petere debem⁹. Iuxta illud ꝓmū q̄rite regnū dei. iō dꝛ in dextra ꝑte. vel etꝫ iō. qꝛ ōr̄ones in noīe chr̄i fiunt qui ſedet ad dexterā dei. vt hr̄ ꝑ btm̄ Matheum. idō in dextra ꝑte dꝫ dici. Etiā ad partē orientalē eleuatis māibus ꝛ capite denudato vt dcm̄ ē. Et ꝙ dꝫ dici verſus partē orientalem quod fit ꝓpter multas cauſas. Primo propť illuminatōem vt ꝺcemus ꝙ illuminatio mentꝫ noſtre eſt a deo ſicut lumen venit ab oriēte. Scdō. qꝛ oriēs ē nobilioꝛ ꝑs orbis. Tercio ꝓpter oꝑa nobiliora q̄ magis apparēt in oriēte. qꝛ ibi motus celi incipit. Aliť dꝛ ꝺm damaſcenum ꝙ oramus verſus oriētē triplici d cā. ꝓmo vt terrā nr̄ām. ſcꝫ ꝑadiſum terreſtrē vbi poſit⁹ fuit ꝓm⁹ hō nos affectare denotem⁹. q̄ ē in ꝑte oriētali. ſcdō vt chr̄m crucifixum q̇ fuit ſtās in cruce verſus oriētē attendamus. tcio vt ipm̄ veniētē ad iudiciū ſibi expectare intēdamus de quo dꝛ aſcēdit ſuꝑ celum ab oriētē ꝛ ab illa ꝑte dꝛ ds. venite ad extremū iudicium. iuxta illō veniet queadmodum vidiſtis eū. ꝛc̄.

## ¶ De Conſecratione corpis et ſanguinis chriſti.

i. oib⁹ ꝯſtitutꝫ dicere — inhibem⁹
Omnibus oremus exorciſtis prohibemus
ſᶜ collecte — ſᶜ nr̄m — i. nō admitto
His ego nō finem cōcludere per dn̄m do
Sed ꝑ eum qui venturus eſt iudicare ꝑ ignem
Per dn̄m ꝓma finita quattuoꝛ ad das
ſᶜ collectas — ſꝺ vna ꝯcluſione — ſummū
Siue duas miſſe collectas ſi tibi feſtum
collectas — ſᶜ in ſummis feſtꝫ
Occurrit nullus vt ſupra diximus ad das

¶ In iſta pte mgr̃ dẽminat ꝺ ꝓncipijs collectaꝝ ⁊ diuidit lrã in duas p
tes. Nã pmo facit qꝺ dcm̃ ẽ. in ſcda pte dẽminat ꝺ collect ꝯ cõib⁹ dicẽdis
in cõib⁹ feſtiuitatibus. Scda ps ibi. p dñm pma. ⁊c. Et legat lrã ſi volens
nos inhibere ſm q̇ dr in decret ⁊ in iure ꝙ null⁹ exorciſta dꝫ dicere in pn
cipio collecte orem⁹: nec in fine debet dicere dominũ noſtrum: ſed in fi
ne collecte debet dicere per eum qui venturus eſt iudicare viuos ⁊ mor
tuos ⁊ ſeculum per ignem. Deinde magiſter ſbdit de collectis dicendis
in cõmunibus feſtiuitatibus dicens. quãdo pſbyter in cõmunibus feſti
uitatib⁹ finit pmã collectã ad quã ſibi reſponſum eſt amẽ. Si tũc quat
tuor vel duas vult legere collectas hoc dꝫ fieri ſb vna concluſione: Et h
nunꝙ debet fieri in ſummis feſtis. quia ibi tãtum vna collecta debet di
ci vt ſupra dictum eſt. ¶ Circa litteram notãdum. Ordines ſunt dupli
ces. nam quidam vocantur ordines minores ⁊ reliqui vocantur ordines
maiores. ¶ Ordines minores ſunt quattuor quorum pmus vocat hoſ
ſtiarius ⁊ ille hꝫ nomen ſuum ab hoſtio ſiue a ianua. Et officium illorū
ꝙ eſt. debent hoſtium ſancte matris eccleſie cuſtodire ne heretici excom
municati ⁊ iudei per illam ianuam intrant. Et hunc ordinem chriſt⁹ in
ſtituit quando eiecit ementes ⁊ vendentes de templo. ¶ Secũdus or
do minor vocatur lectionatus habens nomẽ a lectione. Et officiũ illoꝝ
eſt ꝙ debent legere lectiones ⁊ ꝓphetias ⁊ illum ordinem chriſtus inſtitu
it quando ipſis ſanctis prephetis per ſpiritum ſanctum ſapientiam inſpi
rauit. ¶ Tercius ordo minor dicitur exorciſatus. Exorciſo grece idem
eſt ꝙ depellere vl ꝯiurare latine ⁊ illorum officium eſt ꝙ debẽt depellere
ſiue ꝯiurare demones ab obſeſſis ⁊ illum ordinẽ inſtituit chriſtus quã
do plures demones expulit ab obſeſſis. ⁊ ſic tũc aliqui ꝯſequenter dicũt
ꝙ iſte ordo nõ diſtinguitur ꝯtra ordinem accolitatus ꝙ intantum valet
ſicut ceroferarius ⁊ dr quaſi portans ceram vel candelam. ⁊ hunc ordinē
inſtituit chriſtus cum dixit. ego ſum lux mundi. Ioannis. ix. ¶ Et di
cuntur iſti quattuor ordines minores. quia non legant aliquem haben
tem eos. quia ille qui eos habꝫ adhuc poteſt vxurare ſiue ſe in matrimo
nium transferre. ¶ Sẽd ordines maiores etiam ſunt quattuor quoꝝ p
mus vocatur ſbdiaconus ⁊ hunc chriſtns inſtituit qñ precinxit ſe linteo.
officium illorum eſt legere Epiſtolas Ioannis. xj. ¶ Secund⁹ ordo ma
ior dr dyaconatus ⁊ officium illorum eſt ꝙ legere dñt Euãgelia. Et hũc
ordinem dominus inſtituit qñ autoritatem Apoſtolis in ꝑdicando do
nauit Marci. vj. ¶ Tercius vocatur pſbyteratus. Et officiũ illoꝝ eſt. ꝙ
poſſunt conſecrare corpus domini. Et hunc inſtituit cum panẽ ⁊ vinũ
benedixit ⁊ ſuis diſcipulis ad mãducãdũ porrexit. Matth. xxvj ¶ Quar
tus vocatur Epiſcopatus. ⁊ hunc chriſtus inſtituit qñ ſe pro redemptio
ne humani generis offerebat in ara. ⁊c. Marci. ij. Et officiũ illoꝝ eſt of
ferre chriſtum. Sꝫ diceret quis. vtrum ne ordo epiſcopatus ſit diſtinct⁹
ab alijs ordinibus maioribus. Reſpondetur ꝙ non. qꝛ habet conſecrare
corp⁹ dñi ꝯficere ſicut ſimplex ſacdos ſꝫ bñ dignitas q̄ ſibi ẽ ſupaddita. il
la ẽ diſtincta lꝫ nõ ſpẽalis ordo. Et dicunt maiores ꝑtãto qꝛ ñ pñt retro
cedere. ita ꝙ aliq̇s habens vnũ ex ipſis non ꝑt vxorari. Et inter omnes il
los exorciſtis ſolũmõ inhibet. ꝙ non dñt dicere oremus in principio col

lectaꝝ. ſic ꝙ ꝑ exorciſtas intelligimꝰ qttuor ordines minores.
¶ Ultimo notādū de caſibus. Primus eſt iſte. vtrum ſacerdos faciens
pollutōem nocturalem die ſequente poſſit celebrare miſſam. Ad h̄ rn̄-
detur cum diſtinctione nam illa pollutio quandoqꝫ ꝓuenit ex ſupabun
dātia materie non potentis retineri in vaſis ſeminalibus ꝓpter debili-
tatē vtutis retentiue. Et quando talis pollutio ſic cauſatur. tunc nō ꝓ
hibet celebratōem miſſe ¶ Alio modo ꝓuenit talis pollutio ex crapula
⁊ ex ſupflua commeſtione ⁊ illa cauſat peccatum mortale ⁊ ꝓhibet cele-
bratōem miſſe niſi ſolennitates ex neceſſitate occurrerent. ¶ Tercio ꝓ-
uenit talis pollutio ex p̄cedēti cogitatōe ⁊ illa pollutio tātum peccat qn̄-
tum p̄cedens cogitatio ꝓmeruit. nam ſi p̄cedens cogitatio fuit peccatū
venialis. tunc talis pollutio etiam erit veniale peccatum. ⁊ tunc illa pol
lutio non prohibet celebratōem miſſe. ſi aūt precedens cogitatio fuit pec
catum mortale. tunc talis pollutio etiam erit peccatuꝫ mortale. Et tūc
illa pollutio prohibet celebrationem miſſe. ¶ Secundus caſus. vtrum
quilibet ſacerdos curatus peccat denegando corpus chriſti deuote petē
ti. Uel ſic. vtrum ſacerdos peccat denegando corpus chriſti deuote pe-
nitenti. Ad hoc reſpondetur ꝙ ſic. Et ratio illius eſt talis. nam qui retinꝫ
rem alterius ſine voluntate eius. ille dicitur eſſe fur ⁊ peccat. Sed petens
corpus chriſti. ille petit rem ſuam ꝓpꝛiam. ergo talis ſacerdos ſic dene-
gando corpus chriſti fur reputatur. ¶ Minor probatur. quia qui deuo-
te petit corpus chriſti. ille petit ſalutem ꝓpꝛiam. ergo ſi ſacerdos ſibi dene
gauerit. tunc grāde committit peccatum. ¶ Sed ſi deuotus penitēs ſin
gulis diebus peteret corpus chriſti vtrum eēt ſibi ꝓhibēdum vel non. Rn̄-
detur ꝙ licite poteſt ei abnegare. quia dicit beatus Auguſtinus. ꝙ ſingu
lis diebus ſumere corpus chriſti non laudo nec vitupero. ſꝫ quilibet chri
ſtianus exiſtens deuotus ⁊ ſine peccatis mortalibus ſingulis diebus do
minicis poteſt ſumere corpus chriſti. ¶ Tercius caſus eſt iſte. vtruꝫ cor-
pus dominicū poſſit denegare petenti exiſtenti in peccato mortali. Ibi
reſpondetur cum diſtinctōe. nā ſi hoc peccatum mortale ſit publicū. tūc
p̄t illi denegare corpus dominicum alias non. Et hoc pꝫ ſic. quia chriſtꝰ
in cena dedit corpus ſuum iude Mathei. xxvj. quem iudaꝫ immediate
diabolus intrauit ſic etiam eſſet de alio homine qui illud venerabile cor
pus ſumeret in peccatis mortalibus. Si autem tale pctm̄ eſt occultum
tunc non debet illi denegare corpus chriſti ⁊ ratio eſt. quia ſancta mater
eccleſia non iudicat de occultis. ſed tantum de māifeſtis. Alij ſic reſpon-
dent pariformit̄ ad cām. vel talis eſt in peccato mortali occulte vl̄ māi-
feſte. ſi māifeſte. tunc debet ſibi denegare corpꝰ dn̄icum. quia alias facerꝫ
irreuerentiam tali ſacramento Si aūt fuerit occulte in tali peccato mor
tali. tunc nō debet illi denegare. ¶ Quartus caſus eſt iſte. ſacꝫdos vidēs
vſurarium in multitudine populi accedere ad altare timens ſcādalū in
populo abnegādo ſibi corpꝰ chriſti ⁊ recipiens duas hoſtias nō ꝯſecratas
dās inter illas vnū groſſum huic vſurario. ipe em̄ recedēs ab altari perci-
piens groſſum in ore incipiens penitere ⁊ flere propter peccata ſua pu-
tans corpus chriſti eſſe tranſmutatum in groſſum propter ſua peccata.
ſic incipiat ſe conuertere ad chriſtum omnia ſua bona diſtribuēs pauꝑ

bus ſaciendo emendã.tũc querit̃ vtrũ ſacerdos ille ſit degradãdus vel ab
officio deponend⁹.⁊ videt̃ ꝙ non.qꝛ ꝯuertẽdo peccatorẽ maximũ gaudiũ
deo ⁊ angelis ꝑparat.ḡ ille ſacerdos potius eſt colendus q̃ꝫ deponend⁹ ab
officio ⁊ excõmunicãdus.Rñr.ꝙ talis ſacerdos eſt ſuſpendend⁹ ab officio
ſuo.qꝛ hoſtias nonꝯſecratas tradidit cõicanti idolatriam cõmittẽdo.nã
hoies aſtantes adorauerunt iſtas hoſtias tanq̃ꝫ ꝯſecratas.ḡ talis ſacdos
maxime peccauit.⁊ ḡ ipe tenetur ꝯfiteri.pnia aũt cõpleta eps ſuus miſe
ricorditer pt ſecum ⁊ pulchre diſpenſare. ¶ Quintus caſus eſt iſte.vtruꝫ
ſacerdos non ieiun⁹ in aliquib⁹ caſibus poſſit celebrare.Rñr.ꝙ ſic.Et ſūt
tres caſus in numero.quoꝝ ꝑmus eſt iſte.Si ſacerdos lauaret os:ſiue fa
ciẽ ſuam ⁊ eo neſciente deglutiret tres guttas vel q̃ttuor.tunc poſt h̃ cele
brare poſſit.ſed ſcient̃ facere non dꝫ.Scd̃s eſt.qñ ſacerdos guſtat vinum.
⁊ ſi immediate ſpueret adhuc poſſit celebrare.Tercius.ſi ſacerdos caret
hoſtijs ⁊ poſt prandiũ deberet ire ag infirmos ſiue ad aliquẽ agonizãteꝫ.
tunc poſſet celebrare ⁊ etiã ꝯſecrare.Et rõ hui⁹ ẽ iſta.qꝛ lꝫ talis ſacerdos de
bilẽ ad tm̃ diuinũ officiũ exeq̃ndũ ⁊ indiſpoſit⁹.tñ vtiq; meli⁹ eſt infringe-
re ſtatutum inferioꝝ q̃ꝫ ſupioris.nã p̃ceptũ ẽ celebrare ieiuno ſtomacho.
⁊ hoc inſtitutũ eſt a ſede aplica.Sed p̃ceptum ſupioꝝ eſt p̄bere infirmis
ſalutẽ ⁊ antbiodotũ.i.remediũ q̄ð eſt vm corp⁹ chr̃i.
¶ Sext⁹ caſus.vtrum ſacerdos incidens paraleſim in mãib⁹ vl̃ aliã gra
uem infirmitatẽ:ſic ꝙ hoſtia non poſſet eleuare an hmõi ſibi eẽt peccatũ
Rñdet̃ ꝙ non.qꝛ eleuatio hoſtie ꝯſecrate non ẽ ð eẽntia illi⁹ ſacramenti.
Sed ſi quis temerarie omitteret.ille mortaliter peccaret.qꝛ infringeret
formã ſctẽ matrĩ eccl̃ie a ſede romana inſtitutã.Sed diceres.qũo ḡ ſacer
dos q̇ incidit in paraleſim in mãib⁹:ita ꝙ non p̄t eleuare hoſtiã ꝯſecratã
dꝫ ſe habere.an dꝫ ſumere corp⁹ chriſti cum tñ man⁹ non poſſet mouere.
Rñdetur breuiter.ꝙ dꝫ ſumere cum ligua. ¶ Septim⁹ caſus eſt iſte vtꝝ
ſacerdos veniens ad medietatẽ miſſe.vl̃ vſq; ad canonẽ.⁊ ſi tũc miniſter
ꝯteru⁹ ab eo recederet.an tunc vlteri⁹ poſſit miſſam celebrare.Rñr:ꝙ ſic
vicꝫ.ꝙ licite ⁊ cõuenienter poſſet celebrare.qꝛ maior eſt vtilitas ꝑficiendi
miſſam q̃ꝫ in reſpiciendo miniſtrum q̇ receſſit.Et ſi ſimõ eſt dõm ſi fuerit
incendium alicui⁹ edificij ſꝫ tali cõditione ſi iſte miniſter recederet ab eo:
ipe vlteri⁹ poteſt celebrare miſſam. ¶ Octau⁹ caſus.vtrum ſacerdos tene
tur ſingulis dieb⁹ celebrare miſſam.Rñdetur ſꝫ tali diſtinctõe.ꝙ ſi ſacer
dotes ſint ꝓducti ꝑ p̄mio ad celebrãdum miſſam.tunc dñt cotidie celebra-
re.nã ſacerdotes neminẽ debẽt defraudare.Si aũt ſacerdos eſt curatus
tunc dr̃ ꝙ ſp̄ dꝫ celebrare.niſi obſtaret notabile impedimentũ.nã in ſacra
ſcꝑtura drõmis viuens de altari.debet ſuari altari.ſꝫ talis ſacdos viuit
de altari tollẽs p̄rimoniũ chr̃i ⁊ laute viuẽs de altari.ḡ etiã debet ſuire al-
tari ⁊ miſſam cotidie celebrare.vt pꝫ extra de celebratõne. ¶ Non⁹ caſus
eſt iſte.ſi ſacerdos intẽderet ꝯſecrare ſex hoſtias.⁊ eo neſciente poſtea in-
ueniret ſeptẽ vel octo.tũc q̄rit̃.vtrũ oẽs illas hoſtias ꝯſecrauit vel tm̃ ſex.
Rñdetur ſm̃ aliq̃s doctores.ꝙ q̇libet ſacerdotum ꝑ eccl̃iaſtica doctrina
dꝫ ſuare.ꝙ in ꝯſecratõe hoſtiaꝝ nunq̃ꝫ dꝫ ſe limitare ad aliquẽ certũ nu
meꝝ ꝑpter tale dubiũ remouẽdum.ſed ſua intentio dꝫ eẽ illa.ꝙ oẽs ho-
ſtias ibi poſitas vult conſecrare.Alij dicunt.ꝙ tales hoſtie debent ſumi

cū ꝯditoe ſcʒ ſic dđo. ſi nō es corp⁹ chr̄i. tc vt panē mādu co. Si vo es corp⁹ chr̄i. mihi ꝓficias in vitā eternā.

ſc tu ſacerdos ꝑpas ſc clari⁹ ſc calici
Quando paras calicem tunc vinū purius illi
.i. puā guttā đ aq̄ .i. nō fetida
Infundas et aque modicum ꝙ et illa recens ſit
.i. pura .i. hoſtia ꝯſecrāda ſc incēſo .i. celebras
Munda ſit oblata. nunq̄ʒ ſine lumine cantes
.i. oblata ꝯſecrāda ſacerdotes ſc hoſtiā
Hoſtia ſit modica ſic p̄ſbyteri faciant hanc
.i. mūda expoſitio hui⁹ lr̄e clari⁹ pʒ in punctis
Candida triticea tenuis non magna rotunda
fuga ire ſc ꝯſecrāda
Expers fermenti. non ſalſa. ſit hoſtia chriſti

Spernitur oblata duplex vel terra leuata

Fracta vel inflata vel diſcolor aut maculata

¶ Pu⁹ autor determinauit de miſſis ⁊ iſtis que ꝑtinēt ad miſſā q̄ ad nūerū collectar̄. Hic iā deťminat de iſtꝫ que ꝑtinēt ad ꝯſecratōem corpis et ſāguinis chr̄i. Et ponit q̄ttuor regulas. q̄ꝝ ꝑma talis eſt. Qn̄ tu paras ſeu diſponis calicem ad ꝯficiēdū ſāguinē chr̄i. tunc ꝑus infundas c. ari⁹ vinū qđ poteris repire ⁊ tūc ſupaddes modicū de aq̄ que recēs ē ⁊ mūda:
¶ Scđa regula eſt. ꝙ oblata dʒ eē munda ⁊ figurata q̄ dʒ ꝯſecrari. g̊ ſacerdos volens celebrare miſſā. debet eligere oblatā purā ⁊ mūdā non fractā Et t̄tis oblata debet eēt de tritico. ⁊ nō de filigine. nec đ alio frumēto.
¶ Tercia regula eſt talis. ꝙ ip̄e p̄ſbyter dʒ facere ⁊ pinſere oblatā.
¶ Quarta regula. ꝙ ip̄e ſacerdos nunq̄ʒ debet celebrare diuinū officiū miſſe ſine lumine.
¶ Notādum circa lrām ꝙ lrā dt (Qn̄ pas calicē) vn̄ hoc nomē calix hʒ plura ſignificata vt pʒ in equiuocis. omiſſis quo ad pn̄s oib⁹ alijs ſignificatis hoc nome calix ſumit̄ hic dupl̄r. vno° capit̄ ꝓ paſſione chr̄i. vnđ in paſſione hr̄. Matth. xxvj. Pr̄ ſi fieri ꝑt trāſeat a me calix. ⁊c. Itē alibi in ſacra ſc̄ptura. Poteſtis bibere calicē quē ego bibitur⁹ ſum. ibi ꝑt paſſionem. Alio° calix accipitur ꝓ iſto vaſe in quo ꝯficitur corp⁹ ⁊ ſanguis chr̄i ⁊ ſic capitur hic.
¶ Scđo notādū. ꝙ tal̄ calix ꝑʒ deťminatōeʒ romāe eccl̄ie dʒ ĩ ſe hr̄e materiā q̄ ē aur̄ ⁊ argētū. ⁊ n̄ dʒ in ſe hr̄e materiā ligneā. i. ꝙ tal̄ n̄ dʒ eē fctūs đ ligno. ⁊ hoc ꝑpt poroſitatē ligni. q̄ꝛ al̄s ſāguis chr̄i per poros trāſiret. q̄ꝛ materia lignea eſt poroſa ⁊ aerea. g̊ calix non dʒ eē ligne⁹. ne ſāguis chriſti ſbintrās illos poros lateat ibi ⁊ putreſcat vt fuit tpe bonifacij. Nec etiaʒ calix debet eſſe de vitris ꝑpter eius fragilitatem vt fuit tempore Seuerini. Etiā calix non debet eſſe lapide⁹ ꝑpter groſſiciē ⁊ ineptitudinē illi⁹ materie. Nec etiā dʒ eē de plūbo vl̄ đ auricalco vel đ cupro ꝑpter putrefa-

ctōez illoꝝ metalloꝝ.qꝛ illa metalla ſꝫ fetida ꝛ mali odoꝛꝫ.ḡ ex eis n̄ dꝫ fie
ri calix.ne ſacerdos ꝓuocet̄ ad vomitū.ſꝫ dꝫ eē ō argētoꝛ auro.vt vrban⁹
inſtituit.vn̄⁹.Ligna bonifati⁹.vitꝛ ſeuerin⁹ hēbat.Poſt hoc vrban⁹ argē
tea vaſa tenebat.Sed ſi pauptas eccl̄ie intm̄ in aliq̄ regione dilataretur
ita ꝙ nec hr̄et auꝝ nec argētum:tunc ex diſpenſatōe ipi⁹ pape calix p̄t fie
ri de ſtānovel auricalco.Sed in multis regionib⁹ calices ſꝫ de cupro.qd
licet bn̄.ſed tn̄ adhuc requirit̄ ꝙ ſint deaurati.

Tercio notādū.qre in ꝯſecratōe ſanguis mixtio fit vini cuꝫ aq̄.ō h̄ pn̄t
aſſignari qttuoꝛ cāc.Quaꝝ pma ē.qꝛ chr̄s h̄ inſtituit in cena qn̄ inſtitu
ebat corp⁹ ꝛ ſanguinē.ḡ vt ipm imitamur.tūc vinū cōmiſcet̄ aq̄ in ꝯſecra
tōe ſanguinis chr̄i.Scda cā ꝙ h̄ fit ꝓpt vnionē chr̄iāitatis cū chr̄o.vel
ꝓpt h̄ ꝙ ꝑ iſtā ꝯmixtōem ſcat vnio chr̄i cū eccl̄ia:Nā tūc ꝑ vinū intelli
git̄ corp⁹ chr̄i.ꝑ aquā āt q̄ addit̄ intelligit̄ eccl̄ia.i.chr̄iāitas.Tercia cā eſt
iſta ꝙ h̄ fit ꝓpt memoriā corpis chr̄i qn̄ ō vēcrabili ſuo corpe ꝓ ſalute hūa
ni gn̄is emanauit ſanguis ꝛ aq̄.Quarta ē iſta.ꝙ ibi deſigt̄ vnio deita
tis cū hūanitate q̄ ſꝫ ꝑmixta in deo.Nā ꝑ vinū intelligit̄ deitas.ꝑ aquā
āt hūanitas q̄ ve ſꝫ ibi qꝛ ſicut vinū in ſua natura ē vigoroſi⁹ ꝛ forti⁹ aq̄ ita
etꝫ deitas ē fortioꝛ huānitate.

Quarto notādū.ꝙ plus ō vino admiſcet̄ q̄ꝫ ō aq̄.qd fit triplici de cā.
Prima.qꝛ ꝑ modicum aq̄ intelligit̄ huānitas.ſed ꝑ vinū intelligit̄ deitas
mō deitas ē multū maioꝛ hūanitate vigoroſioꝛ ꝛ dignioꝛ:ḡ etꝫ multū ad
dit̄ de vinoꝛ modicū de aq̄.Scda cā:ꝑ vinū intelligit̄ ſāguis chr̄i ꝛ ꝑ aquā
intelligit̄ ppl̄s dei ſiue eccl̄ia.mō modicū aq̄ dꝫ infundi ꝛ multū vini.ꝓ eo
ꝙ vinū trāſmutat aquā in ſe.Sic etꝫ deitas ꝯuertit ad ſe hūanitatē ꝛ n̄ ecō
uerſo.Lō multū ō vinoꝛ modicū ō aq̄ infundit̄.Tercia cā.qꝛ ſi multū
infunderet̄ de aq̄ ꝛ modicū de vino.tūc ſbſtātia vini mutaret̄ in ſubām aq̄
Et tūc non fieret ſāguis chr̄i ſc̄m inſtitutōem chr̄i.Vn̄ ōt Innocenti⁹
vinū in q̄ntū vigoroſi⁹ ꝛ forti⁹.in tāto etꝫ meli⁹ ē ad ꝯficiēdū ſāguinē chriſti
ꝛ etiā eius venerabile corp⁹.Nec dubitādū ē.qn̄ inſit vm corp⁹ ꝛ verus
ſāguis dn̄i nr̄i ih̄u chr̄i.ita ꝙ ibi panis trāſmutat̄ in corp⁹ chr̄i.ꝛ vinū i ſā
guinem chr̄i.qꝛ ſi quis dubitaret eēt re⁹ corpis ꝛ ſāguinis dn̄i ꝛ eēt dānād⁹
vn̄ ōt qdā ſbtilis metriſta.Conſtat in altari ꝑ carnem de pāe creari. Il
la caro de⁹ ē qui dubitat re⁹ eſt.

Quinto notādū.autoꝛ ōt in lrā.ꝙ vinū debet eē claꝝ ꝛ puꝝ.Dubitat̄
circa hoc:vtꝝ cū agreſta aliquis poſſet celebrare vl̄ de ſucco p̄ſſo ō botris
Rn̄r.ꝙ non.qꝛ agreſta ſiue ſucc⁹ non hꝫ purā ſubām vini.Et ꝯſecratō ſā
guinis chr̄i dꝫ fieri ꝑ vm ꝛ puꝝ vinū q̄re ſeq̄t̄ ꝙ non p̄t fieri in ſucco nec i
agreſta.Itē materia ſanguinis dꝫ eē vm vinū ꝛ puꝝ ꝛ eiuſdē ſpēi.ſed agre
ſta nō ē va ſpēs vitis.igit̄.ꝛc.Diceret quis.qūo ḡ agreſta ꝛ vinū dn̄t:ōr
ſicut cōpletum ꝛ incōpletū.vel dn̄t ſicut magis ꝛ min⁹.ſed talia diuerſi
ficāt ſpēm.ḡ ꝯficiens cū his ſpēbus ḡuiſſime peccat.Dubitaret quis
qd ōr ō feſto ſcti ſixti cū ibi celebrat̄ ſāguis chr̄i cum ſucco p̄ſſo ō botr̄
Rn̄det ſctūs Innocenti⁹.qd ill̄d non eſt ſatis cautū.ſed tn̄ regionibus ca
lidis in quibus ſuccus vini cito matureſcit:ibi poteſt conſecrari corpus
chriſti ꝛ ſāguis mediāte ſucco depreſſo.qꝛ talis ſuccus magis aſſimilatur
vino in iſtis regionib⁹ ſupple ꝑtibus calidis q̄ꝫ in ꝑtibus frigidis.Aliter

eſt et ꝫ dt innocenti⁹. ꝙ forte illō non admittit̄ ꝓpt̄ feſtū ſcti Sixti. ſed ma
gis ꝓpter trāſfiguratōem dñi q̄ ſꝑ agit̄ iſto die. Uñ et ꝫ chr̄s dt Mat. xxvj
Amen amen dico vobis āmodo non bibā de genimine vitis ibi fuit me
moria vitis. ⁊ ſic forte ꝓpter hoc in iſtis ꝑtib⁹ ſiue regionib⁹ calidis admit
titur. ꝙ ſanguis celebrat̄ cū ſucco depſſo. Sed loquēdo quo ad alias re
giones p̄t r̄nderi ſm innocentiū. ꝙ p̄t fieri. ⁊ hoc tp̄e neceſſitatis ⁊ al's nō.
Sic ſil'r. ſi aliq̄s q̄reret an cū muſto poſſet fieri ꝯſecratio ſanguinis. eo ꝙ
adhuc non h̄ꝫ cōplexionē vini. Ubi iteꝝ aliqui dicunt. ꝙ ſi vet⁹ vinū nō h̄r
tunc talis ꝯſecratio ſāguinis p̄t fieri cum muſto.

¶ Sexto notādum an ꝯſecratio ſanguinis chriſti poſſꝫ fieri cū pura aq̄
ſiue cū puro vino: Ubi r̄ndetur ꝙ non. eo ꝙ ſi illud qđ magis videt̄ ineē
non ineſt. ḡ nec illud qđ min⁹. ſed magis videtur ineſſe ꝙ cum aceto poſ
ſet ꝯfici. ⁊ illud ſm mādata romāa eccl'ie non dꝫ fieri. Et ḡ multominus
debet fieri cū ſola aq̄ vel cū ſolo vino. Maior pꝫ ꝑ locū a maiori. ſꝫ minor
pꝫ. q2 acetū non p̄t trāſmutari in ſanguinē chr̄i. nā ex aceto non fit vinū
ſed bene ecōuerſo. ex vino fit acetum.

¶ Septimo notādū. ſacerdos ꝯficiēs corp⁹ chr̄i volens ſumere ſanguinē
chr̄i et in calice inueniat purā aquā, tunc dubitatur an ip̄e ſacerdos debꝫ
ſumere aquā aut audeat reinfundere vinū cum aq̄ ⁊ intendat cōſecrare
ita ꝙ iſta occaſio fit ex q̄dā negligentia. ⁊ videtur ꝙ non de nouo debeat
ꝯſecrare nec infundere vinū cu aq̄ cū corp⁹ ⁊ ſanguis chr̄i dn̄t ſumi a ie
iunis. mō ſi ꝑus ſumpſit aquā ⁊ poſtea de nouo vellet ꝯſecrare. tūc ip̄e nō
ſumeret corp⁹ ⁊ ſanguinē chr̄i ieiun⁹. qđ tamen determinatum ē a ſede
ap̄lica ſicut hoc pꝫ in natiuitate chr̄i qñ ſacerdos ꝑmam lotōem ſumpſit
tunc non ſumit vltimā ꝓpter hoc ꝙ poſſit iterato celebrare. Ad hoc rñ
det quidā doctor in theologia. ⁊ dt ꝙ ſine om̄i dubio reiterāda eſt ꝯſecra
tio vini ⁊ aq̄. Et hoc ꝓbat ſic. q2 multū plus ligat p̄ceptū ſup̄ioris q̄ꝫ infe
rioris: ſed p̄ceptū ſup̄ioris vicꝫ chr̄i eſt ꝙ ſacerdos debeat ꝯficere corpus
chriſti ⁊ ſanguinē. q2 non debet ſanguis diuidi a corp̄e. ſed p̄ceptū inferio
ris ſcꝫ ap̄lici eſt ꝙ ip̄e ſacerdos dꝫ ſumere corp⁹ chr̄i ieiun⁹. ḡ melius eſt. ꝙ
iterato ꝯficit. q̄ꝫ diuideret corp⁹ ⁊ ſanguinē chr̄i. Sed p̄nia ei⁹ ſm eundeꝫ
eſt ꝙ debet ſe abſtinere a celebratōe miſſe ꝑ vnū annū. Alia de iſto facto
patebunt infra infra in caſibus.

¶ Ultimo notādū de caſib⁹ quoꝝ ꝑmus eſt. Itē ſacerdos mittēs vnaꝫ
guttā aque in magnū vas vel in magnū doleū plenū vino. vtrū poſſꝫ cō
ſecrare ſanguinē chriſti. Ibi rñdet ſctūs Thomas. ꝙ remoto om̄i dubio
talis ſacerdos p̄t ꝯſecrare ſanguinē chriſti. q2 illa modica aqua ꝯuertitur i
ſb̄am vini qñ ſaltē eſt forma vboꝝ ſuata a recta intentione. tunc fit con
ſecratio ſanguinis chriſti. Scd's caſus eſt. ſacerdos non h̄ñs vinum vtruꝫ
poſſet celebrare cū muſto. Et videt̄ ꝙ non. q2 muſtū nō h̄ꝫ naturā cōple
tā vini. q2 non eſt puꝝ neq̄ claꝝ. Deſuꝑ dt quidā magiſter in expoſitiōe
miſſe. ꝙ ſi eſſet aliq̄ terra in q non h̄r vetus vinū. tunc ip̄e ſacerdos p̄t ce
lebrare cū muſto. ⁊ alias neq̄q̄. ¶ Tercius caſus eſt. an ſacerdos poſſet
celebrare ſine vino vel in ſola aqua. ita intelligendo. ꝙ talis ꝯſecratio non
poſſet fieri ſine vino. Ad hoc p̄dictis non obſtātibus rñdet q̄dam doctor
ſb̄tilis. ꝙ ꝓpter carentiā vini non eſt abſtinēdū a miſſa. ⁊ hoc cū ſit cū li

centia ſed apoſtolice. q2 in corpe chriſti ⁊ ſanguis ex quadā comitantia. q2
q̄n ↄficit corp⁹ dn̄i noſtri ieſu chriſti ex pane tritico. tūc ibi ē xp̄m corpus xp̄i
⁊ etiā ſanguis chriſti. ex quo ibi eſt corpus chr̄i ſicut erat in vtero virginis
Marie ⁊ ſicut etiā ꝓ nobis pepēdit in ara crucis ſʒ ꝙ fide credimus: mō
tale corpus non eſt ſine ſanguine. ex eo ꝙ eſt vinū. ğ ſacerdos p̄t celebra
re miſſam ſine vino. ¶ Quart⁹ caſus eſt. ponat̄ ꝙ ſint duo ſacerdotes q̄
rum vnus cotidie celebrat cum deuotōe ⁊ alter abſtineat ſe quādoqꝫ ꝓpt̄
timorē a tali celebratione. tunc q̄ritur quis illorum ſalubrius opet̄. Ad
hoc rn̄dent theologi ⁊ oēs doctores theologie ꝑ tres bonas ↄcluſiones. q̄
rum p̄ma talis eſt. ꝙ de facto cotidie ꝑ ſe celebrare ⁊ deuote eſt laudabile.
rō eſt. quia hoc fit ꝓ remedio humani gn̄is. Scd̄a ↄcluſio talis. ꝙ quādo
qꝫ abſtinere ꝓpter metum ⁊ non celebrare eſt laudabile. Rō eſt. quia fit
ꝓpter reuerentiā ſaī ⁊ indiſpoſitōem celebrātis. ¶ Tercia ↄcluſio ē qui
cotidie ex amore dilectione ⁊ deuotione pura celebrat eſt melior eo q̇ pro
pter metum abſtinet. Et p̄ma ↄcluſio ſic ꝓbatur videlʒ ꝙ de facto coti
die ꝑ ſe celebrare ex deuotione ē laudabile. Nam ſicut eſt de nutrimen
to corꝑali. ſic etiam eſt de nutrimēto ſpūali. Sed ſic eſt de nutrimento
corꝑali. ꝙ ip̄ius cotidie habem⁹ indigentiā ad reſtauratōem vite noſtre.
ğ etiā ita eſt de nutrimento ſpirituali. id eſt de nutrimento anime ⁊ tale
nutrimētum anime non eſt aliud hic in ꝓpoſito ⁊ in ſancta matrʒ eccl̄ia.
niſi celebratio miſſe cotidiana. igit̄ ⁊c̄. Scd̄a ↄcluſio ſic ꝓbatur. ſcʒ. ꝙ ali
quādo abſtinere ꝓpter metum ⁊ non celebrare eſt laudabile. nam illud ē
laudabile quod facit aliquē laudabilē cum reuerētia. ſed aliquē abſtine
re ꝓpter timorem a celebratōe miſſe ē hm̄oī. igit̄. ⁊c̄. ¶ Sʒ tercia ↄcluſio
ꝓbatur ſic. ſcʒ ꝙ qui cotidie ex amore ⁊ deuotiōe pura celebrat ē melior
eo qui ꝓpt̄ metum abſtinet. nam omne bonum ꝑ ſe ē melius ꝑfectius ⁊
dignius qꝫ bonum ꝑ accidens. ſed cotidie celebrare ē bonum ꝑ ſe ⁊ aliq̄n
do abſtinere ē bonum ꝑ accidēs. ğ ⁊c̄ ¶ Quint⁹ caſus iſte. vtrum in vua
ſiue in botris p̄t ↄfici ſanguis chriſti ſi integre ponerētur vue ad calicem
Ad hoc rn̄detur ꝙ non. quia ſanguis non debet eē edibilis: ſed tātū ꝑo
tabilis. quia chriſtus poſt ↄſecratōem ſanguinis accipite ⁊ bibite hoc oēs
⁊ non dixit ↄmedite. ſed integre vue non ſunt potabiles. ſed edibiles. igit̄
⁊c̄. ¶ Sext⁹ caſus. quare hoc eſt. ꝙ ſanguis chriſti non habet ſpēm vi ſan
guinis. nec corpus chriſti habet ſpēm carnis ſuꝑ hoc magiſter ſentētiarū
aſſignat tres rōnes. q̄rum p̄ma eſt. ꝙ hoc ſit idō. ne fiat nauſea et horror
ip̄is hominibus ad ſumēdum ſanguinē vel ad ſumēdum carnē crudam
quia homo naturaliter abhorret ſanguinē bibere. ⁊ ↄmedere carnē hūa
nam ⁊ crudā. ¶ Scd̄o ratio ē noſtra chriſtiana fides derideatur ſarrace
nis. iudeis. ⁊ hereticis qui dicerēt ꝙ ſumerēt carnē crudā ⁊ crudū ſagui
nē. ¶ Tercia ratio ē iſta. vt fides noſtra hr̄et aliquod meritum in cōſpe
ctu diuine maieſtatis. Vn̄ ſi crederemus hoc. ꝙ nobis apparerʒ ad ſen
ſum ex hoc nullū meritū haberemus. ſʒ ſi hoc credim⁹ ꝙ nō videt̄ vt ̄ m
vinum trāſmutari in xp̄m ſanguinē chriſti ⁊ xp̄m panē in x̄am eius carnēʒ
tunc ex illo augmētat̄ meritū nr̄m. q2 d̄t btūs Gregori⁹ Fides nō hʒ me
ritū vbi rō humana p̄bet expimētum. ¶ Septim⁹ caſus ē iſte. ſi ſacdos
heretic⁹ leuaret vinum non ↄſecratū ⁊ hoſtiā nō ↄſecratā. ita ꝙ ppl̄s circū

ſtans eēt. tūc q̄rit̄ vtꝝ talis ppl̄s ꝯmittat idolatriā. Ad hoc r̄n̄bet ſcūs Innocentı⁹ ſup decretalia. ꝙ talis ſacerdos male facit ⁊ iniq̄ opat̄. Sꝫ ꝙ popul⁹ circūſtās diuinū officiū miſſe ſp dꝫ ſic orare. adoro te ıħu xp̄e q̄ amara tua paſſione mōm redemiſti ex hoc tūc ppl̄s non ꝯmittit idolatriā. et licet ibi ſit ſol⁹ panis. tn̄ non adorāt. ſed adorāt illū qui redemit mōm. ħ ē Jħm chr̄m. ¶ Ultim⁹ caſus eſt iſte. ſi miraculo ꝯtingeret. ꝙ ꝯmunicās videret ſpēm iuuenis in hoſtia ꝯſecrata ⁊ p ſpēm viniveꝝ ſanguinē vel videret hoſtiā ꝯſecratā eē mutatam in vıam carneꝫ vt ſctō Gregorio ſemel ꝯtingebat. tunc querit̄ an ille cōmunicās dꝫ ſumere vel non. Ad hoc r̄n̄dent cōiter oēs doctores ſacre ſcripture ꝙ n̄: debet expectare donec trāſmutetur. ⁊ ſi nollet trāſmutare. ſic videlicet ꝙ illa apparicio non deſineret. tunc corpus dn̄icum in loco ꝯſecrato firmiter dꝫ conſuari ad confirmatōem chriſtiane fidei.

porrigere ſup ſuā ꝯſciam. Si āt ipe pctōr petit corpꝰ chr̄i in occulto.tunc
dꝫ ei denegare.

¶ Tercio eſt notādū p modū dubitatōis.quare ſacr̄m eucharıſtie ꝯficit̄
in occulto.ſcꝫ ſb̄ ſpē panis ⁊ ſb̄ ſpē vini.cum tn̄ ſit ibi vnum ſacr̄m. Rn̄det̄
ad hoc ſm̄ doctores ſacre ſcripture. ꝙ illud ſit ꝓpter tres cāſ. Primam

ponit ſanct⁹ Innocenti⁹ ſup expõem miſſe dicens. ꝙ Jhs chr̄s ſua paſſi
one redemit hũanã naturã q̃ ad duo. ſcȝ q̃ ad corp⁹ ⁊ q̃ ad aiam ⁊ ꝑ ſpeȝ pa
nis intelligit̃ corp⁹. ꝑ ſpẽm ãt vini intelligit̃ aia. igit̃ cord⁹ chr̄i ꝯficit̃ ſb̄ du
plici ſpẽ. Aliã cãm ⁊ hãm ponit Alexãder dicẽs. ꝙ illð ſacr̄m ꝯficit̃ ſb̄ du
plici ſpẽ in memoriã paſſionis chr̄i. q: in amara paſſiõe Jhu chr̄i tot⁹ ſan
guis eius fuit extract⁹ a corꝑe. ⁊ g̊ diuiſim ꝯficit̃ corpus chr̄i ⁊ ſanguis ſb̄
duplici ſpẽ. ſcȝ. panis ⁊ vini. Q̃ ãt totus ſangnis fuit extract⁹ a corꝑe chr̄i
⁊ diuiſus. hoc ſic pȝ. q: ſanguis ſb̄tilis incertutaneus. i. ſanguis qui latuit
inter cutem ⁊ carnem fuit extractus ꝑ ſudorem. vnð erat ſudor eius. ⁊c.
Sȝ ſanguis magis groſſus fuit extractus a corꝑe chr̄i ꝑ amarã flagella
tiõeȝ. ſed ſanguis neruorum fuit extract⁹ ꝑ clauoꝝ impſſionẽ. ſȝ ſanguis
intrinſecus. ſcȝ cordis fuit extract⁹ ꝑ lanceã. ⁊ ita pȝ ꝙ totus ſanguis fuit
extract⁹ a corꝑe chr̄i. Et g̊ in memoriã illi⁹ diuiſim dȝ cõſecrari corpus ⁊
ſanguis chr̄i ſb̄ duplici ſpẽ. Terciã cãm ponit ſctũs Hieronym⁹ dicẽs. ꝙ
ꝓ tãto illð ſacr̄m ſb̄ duplici ſpẽ ꝯficit̃ ad denotãdum ꝙ ibi fiat plena re
fectio corporis ⁊ anime. q: ſicut videm⁹ in alimẽto corꝑis ꝙ cib⁹ ſine po
tu non ẽ plenarium ſeu totale nutrimentum corꝑis. igit̃ nec alimẽtum
ſpũale qð corrñdet alimento corꝑali. g̊ ſacr̄m eucharistie ſb̄ duplici ſpẽ:
ſcȝ panis ⁊ vini conficit̃.

¶ Quarto ẽ notãdũ. ſi aliquis infirm⁹ in vltima extremitate carẽs vſu lo
quẽdi ⁊ vellet accipe corpus chriſti. ſic tñ ꝙ daret ſigna ꝯtritõis gemẽdo ⁊
man⁹ ad celũ eleuãdo. tunc dubitat̃. vtꝝ illi dȝ porrigi corp⁹ chr̄i. Ad hoc
rñdent quidã doctores ſacre ſcripture dicẽtes cum diſtinctiõe. nã ſi ille q̃
eſt infirm⁹ potuit hr̄e copiã ſacerdotũ ⁊ non ꝯfitebat̃. tũc ipe eo mag̃ pec
cat. Si ãt non potuit hr̄e hoc ẽ dupl̄r. vel ipe p̄t euadere mortẽ vel nõ. ſi
p̄t euadere. tũc ei non dȝ porrigi corpus chr̄i. Si ãt non p̄t euadere mor
tem. tũc ei dȝ porrigi corp⁹ chr̄i ſb̄ tali ꝯditõe. ꝙ ꝓmittat ꝙ ſi ex mia dei cõ
ualeſceret. ꝙ tunc imediate velit ꝯfiteri ⁊ pctã ſua deplãgere ⁊ ſuã pniam
adimplere.

¶ Vltimo notãdum ẽ ð caſibus. Prim⁹ ẽ iſte. ſicut legit̃ in miracul̄ btẽ
barbare. ꝙ caput vni⁹ decollati loq̄bat̃ ⁊ clamauit dicẽs ſe ñ poſſe mori ni
ſi ꝓus ſumpſiſſȝ corp⁹ chr̄i. tũc ibi dubitat̃. an tali capiti debuit dari corp⁹
xp̄i. ⁊ videt̃ ꝙ ñ. q: q̃cito caput a corꝑe abſcindit̃. tũc ſtatiȝ ðficiũt ſēſus. ſȝ
ꝓpt̃ miraculũ p̄t illi ꝓbere corp⁹ xp̄i. ſic̃ ibið ð ⁊ legit̃. vt illð hr̄ i paſſiona
li btẽ Barbare. ꝙ poſtq̃ꝫ portauit corp⁹ xp̄i. tũc caput illi⁹ fuit vnitũ corpi
⁊ ita ꝓbuit ei corp⁹ xp̄i: ſȝ ſi caput ñ fuiſſȝ vnitũ corꝑi: tũc ñ ðbuiſſet ei de
diſſe corp⁹ xp̄i. ⁊ ſic adhuc hodie dȝ fieri ſi hmõi miracl̄a eueniret. ¶ Scðs
caſus. ponat̃ ꝙ aliq̃s pſbyt̃ ꝯburit̃. ⁊ poſt cõbuſtiõeȝ illi⁹ inueniret ſpẽs
pãis. tũc dubitat̃ an ibi ſit vm corp⁹ chr̄i an nõ. poſito et̃ ꝙ eodẽ die cele
brauit. Ad h̃ rñdet q̃dã ſb̄tilis doctor cũ intẽtõe bti Grego. ꝙ nõ. cuȝ eñ
mãduco corp⁹ xp̄i cũ ſua ſpẽ. ⁊ poſt cõionẽ ſēſus corꝑal̃ in ꝑcipiẽdo deſic̃.
tũc ampli⁹ ibi ñ ẽ q̃rẽda p̄ñtia corꝑis xp̄i. ¶ Terci⁹ caſus. ponat̃ ꝙ fili⁹ iu
dei ſuiat chr̄ianis ⁊ tp̄e cõionis accedat ad altare cũ aliis chr̄ifidelibus ⁊
ponat̃ vlteri⁹ ꝙ ſb̄ ſpẽ panis appeat ſibi formoſus puer. ⁊ cũ hoc recipiat.
tunc dubitat̃. vtrum ille fili⁹ iudei bñ fecit an non. vel vtrum ille recepit

ad ſalutẽ vel ad dãnatõem. ⁊ videtur ꝙ cecepit ad damnatõem. quia recepit corp⁹ chriſti in peccatꝫ originalib⁹ cum non fuit baptizatus. Ad hoc rñdetur ꝙ ipe recepit ſibi ad ſalutem. tunc ad rationem quando arguit. ipe recepit in peccatis originalibus. ergo ad damnatõem. Ibi reſpõdet ꝙ non recepit in peccatis originalibus. ſed illa peccata fuerunt deleta: cum talis puer credidit ⁊ formoſum puerum vidit ſb ſpecie panis latitare. Et illud legitur in miraculis. ꝙ quondam erat filius vnius iudei adhuc puer qui cum alijs puerꝫ chriſtianis tempore cõmunicatõis ad altare acceſſit. ⁊ ei ſb ſpecie panis apparuit puer formoſus ⁊ hũc recepit. qd reuelatum erat patri ſuo. Pater aũt audiẽs illd miraculũ interrogauit a filio. vtꝝ hoc fuiſſet factum. qui rñdit ꝙ ſic. videlꝫ ꝙ ipe ſe dixit comediſſe puerum cum chriſtianis. pat aũt hoc a filio audiens grãde iraſcebat. ita ꝙ hunc puerꝝ ad fornacẽ calidam poſuit. vbi ille puer illeſus ꝑmãſit donec turba pſbyteroꝝ veniebãt. tunc ille puer d fornace deſcendebat. Pat ꝯo audiẽs hoc miſit ſe baptizari ⁊ ad fidẽ catholicã ꝯuerſus erat. g̊ ſequit manifeſte ꝙ ille puer accepit corp⁹ chriſti ad ſalutẽ etnã.

¶ Quart⁹ caſus. an mulierib⁹ corp⁹ chriſti ſit ꝓbẽdum. ⁊ ꝓbat ꝙ ñ qr glorioſa vgo Maria q̃ fuit denudata ab oñi crimine. ⁊ multe alie ſtꝫ qb⁹ tam chriſt⁹ in cena corp⁹ ſuum non ꝓbuit. ⁊ cũ ꝓceptũ ſupioꝝ ſit tenẽduꝫ magis q̃ꝫ inferioꝝ. ⁊ chriſt⁹ non dedit puellis nec mulierib⁹ ſuum corp⁹. ergo min⁹ ſacerdos qui ẽ miniſter dꝫ dare corp⁹ chriſti mulieribus. ¶ Ad hoc rñdetur ꝙ chriſt⁹ non dedit mri ſue nec alijs mulierib⁹ in cena corp⁹ ſuũ. ſꝫ ſolum diſcipulis ad deſignãdum ꝙ ipe mulieres nõ dñt celebrare corpus dominicũ. qr ipe chriſt⁹ ibi inſtituit ſacrm euchariſtie dans exẽplum ſuis diſcipulis ꝙ hoc facerẽt in ſuã ꝯmemoratõem. g̊ ſol⁹ diſcipulis dedit autoritatẽ ꝯſecrãdi. q̃re noluit mrem ſuã intereſſe ad deſignandũ ꝙ ipe mulieres non hñt autoritatẽ ꝯſecrandi. ſed ſolum viri. Illo tñ non obſtãte ipis mulierib⁹ ⁊ puellis corp⁹ chriſti eſt dãdum. ſꝫ ab ipis non ẽ ꝓbẽdũ.

¶ Quint⁹ caſus. ponatur in cãu ꝙ aliquis latro venerit ad eccliam tp̃e communicationis. ⁊ tranſierit ad adltare. vł aliqua alia ꝑſona ſuſpecta. tunc dubitatur vtrum ſacerdos debet ſibi dare corp⁹ chriſti. Ad hoc rñdetur ꝙ ꝑſone ſuſpecte ſtꝫ duplices. nam alique incerte ſuſpitionis. ⁊ iſtis non deneget corp⁹ chriſti ſi ad altare venerint. Sꝫ alie ſtꝫ ꝑſone d quibus habetur certa ſuſpitio. ⁊ talib⁹ debet denegari corp⁹ chriſti. ⁊ ſic ẽ d latrõe.

¶ Sext⁹ caſus ponatur in cãu. ꝙ ſit aliquis homo mal⁹ d quo nobis latet vtrum eſſet ꝯfeſſus vel non ⁊ reciperet corp⁹ chriſti ad altare trãſiens. ⁊ poſtq̃ꝫ corp⁹ chriſti deglutiret caderet ad terram ⁊ vomeret. ita ꝙ ibi appareret aliqua ſpẽs ſacramenti. tunc q̃ritur quid ſit faciẽdum. Reſpondetur: ꝙ ſi ibi ſentitur fore ſpẽs ſacramẽti tunc ponitur ad locũ ſanctuarioꝝ ⁊ terra radet vt ꝓus ẽ determinatũ. ⁊ non ẽ curãdũ ſi cruẽtaſſꝫ. q̃uis tamẽ ipi ruſtici ꝓhibẽt ꝙ null⁹ homo ꝑmo die ꝯmunicatõis dñt cruẽtare ſine ſanguinẽ emittere neq̃ꝫ ſpuere ſup trã. ¶ Septim⁹ caſus. ſacerdos bñdicẽs hoſtiã dicẽs. hoc ẽ em corp⁹. dimittẽs meũ ⁊ incipiẽs errare cogitãs q̃uo ibi ꝑt eẽ corp⁹ chriſti. tunc dubitat an ipe in illo errore debeat vlteri⁹ ꝑficere miſſam vł ceſſare a celebratõe miſſe. Rñdet. ꝙ ipe dꝫ ad ſe vocare q̃ ſibi hũc errorẽ dclarꝫ. ſi ãt nõ hrẽt aliũ pſbyteꝝ. tunc errorẽ dꝫ deponere

ꝛ vlteri⁹ miſſaꝫ pficere in nõie chrĩ. Ulteri⁹ notãdũ ꝙ ipe ſacerdos qñ dr (hoc em̃ eſt corp⁹ meũ) ſtat in ꝑſona chrĩ ꝛ iõ ꝓfert hec ꝟba. h̾ em̃ ẽ corp⁹ meũ in ꝑſona chri. Et ꝑ hoc ꝓnomẽ hoc nõ demonſtrat̃ ibi corpus chrĩſ. q2 adhuc nõ ẽ ibi. ſꝫ qñ tota bñdictio adimplet̃ vñ q̃uis ꝺ illa dubitatione qd ꝑ hoc ꝓnomen hoc in forma ꝟborum ꝯſecratoꝝ demõſtrat̃ ſine vane opiniones tñ abiectis om̃ib⁹ opinionib⁹ qdã mgr̃ ſolennis ꝯcludit qd ꝑ illd ꝓnomẽ h̾ demõſtrat̃ ꝛ deſignat̃ ꝟm corp⁹ chrĩ in ordine ad totaꝫ cõpoſitõem hui⁹ or̃ois. hoc em̃ eſt corp⁹ meũ non ꝙ ꝓlato ſolũ illo ꝓnõie hoc ibi ſit corp⁹ chrĩ. ſꝫ ꝓlata tota forma ꝟboꝝ a chrõ inſtituta.

Octauus caſus. ſacerdos cogitãs corp⁹ chrĩ integꝝ ſb̃ ſpecie pãis fore ſicut fuit in vtero btẽ ꝟginis incipiat dubitare quõ ſb̃ tãta ꝑticula corp⁹ chrĩ qd erat magne q̃ntitatis poſſet ibi ꝯtinere. tunc dubitat̃ vtꝝ ille debeat miſſam pficere. ad hoc rñdet ꝙ ſic. ſed finita miſſa aũt ille ſolutõem dubitationis dꝫ inueſtigare. Non⁹ caſus eſt iſte. ponat̃ ꝙ ſacerdos tꝑe neceſſitatꝫ non habeat hoſtiã nec farinã tritici ꝛ vlteri⁹ ponat̃ ꝙ ſit aliqs infirm⁹ ꝺ cui⁹ morte eſt timẽdũ. tũc dubitat̃ vtꝝ ipe ſacerdos hoſtiã fctaꝫ ꝺ ordeo poſſit dare tali infirmo ne ſine cõicatõe moriat̃. Ad h̾ rñdet̃ ꝙ nõ dꝫ fieri ſed in tali cãu ipe ſacerdos dꝫ infirmũ inſtruere vt firmiter credat ꝛ illi ꝓponere articulos fidei. vñ Aug⁹. crede ꝛ mãducaſti.

## De ſacra Unctione.

ſcꝫ infirm⁹ .i. vno .i. vngi dꝫ
Hic idem ſolo nõ bis vngatur in anno
vel dꝫ ẽe circa ſᶜ hõ .i. hr̃e dꝫ
Octodecemq3 tamen annos vngendus habebit
ſᶜ vngẽdi ſᶜ ꝑſone fruunt̃ ſᶜ ꝑſonis
Ordine clauſtrales alio potiuntur in egris
ſᶜ hõ .i. vngi dꝫ .i. niſi q̃ cũ deſiderio appetuerit
Nullus iungatur niſi qui ꝓpoſtulat ante
.i. volũtate bona .i. cũ varijs demõſtrationib⁹
Nutibus a verbis a ſignis indicijs ve
.i. demõſtrãs ſᶜ hõ. ſᶜ catholice .i. ſigna .i. euchariſtiã
Oſtendens mutus fidei veſtigia corpus
.i. criſmat̃ .i. in articulo mortꝫ poſit⁹
Chriſti ſuſcipiat aut vngatur moriturus
.ſ. talis mut⁹ pniam agit .i. a pctõ mortali .i. ceſſans
Dummodo peniteat mortali labe recedens
.ſ. mutis vel infirmis .i. ꝯtritõis ꝟe pñie
Inueniantur in his manifeſte ſigna doloris
.ſ. mẽbra .i. criſmãda .ſ. loca
Que ſunt vngenda loca vel que membra lauantur
.i. ſedule .i. egꝝ .ſ. tu ſacerdos .ſ. pcc̃a ſua .i. ꝯfitẽte
Sepius infirmum moneas ſua proba fateri

s^e egr s^e tu ſacerdos .i.a do inuētas .i.portare īfirmitates

Hunc hortari dei patienter ferre flagella

.i.ſerotina s^e ꝓ pctis.pnia .i.es

Veſpertina tibi contritio ſi datur et ſis

.i.fidelit s^e tua .i.dimittit

Pure confeſſus peccata deus miſeretur

s^e īfirmū in tali pte s^e tu ſacerdos

Hunc non in capite ſi confirmatus inungas

s^e hoīe illa ps capit; s^e dz vngi illa loca faciei

In confirmato nō frons ſed timpora debent

.i.epi .i.vngēt tales ptes faciei

Vngi pontifices criſmabunt criſmate frontes

.i.poſt h̄ .i.oēs illas ptes

Hinc oculos aures nares loca poſt labior

.i.vltimo

Pectus vtraqz manus vngas poſtremo pedeſqz

s^e tu pſbyt criſmās debes illas ptes

Non vngas ſcapulas quia miſterio caruerunt

.i.ſacerdotis .i.man⁹ .i.interi⁹ .i.exteri⁹ s^e tu ſacdos

Presbyteri palmas nō intus ſed foris vngas

.i.aſſerūt s^e ſacre ſcpture s^e man⁹ ſacdot; .i.licitū

Dicunt doctores ꝙ eas nō vngere phas ſit

s^e man⁹ .i.criſmauit .i.eps .i.dū ordinabat

Quas vnxit pſul cum presbyterum faciebat

.i.criſmare .i.īfirmū .i.eps criſmauit

Vngere nō debes egrum quem pſul inunxit

.i.eger .i.criſmata

Si facit infirmus criſmi tunc vncta lauentur

s^e illō .i.pijciat s^e in aquā fluētē

Mēbra quob in de laues totum iaciatur in ignem

s^e aliquē .i.pena mortal' s^e ſeptē

Si trahit infirmum dolor extremus ſine pſalmis

s^e egr s^e tu ſacerdos .i.ſubito s^e infirm⁹ .i.nō criſmat⁹

Hunc vngas citius vt nō moriatur inunctus

¶ Capitulū ſcōm hui⁹ toti⁹ in quo autor vult determinare d̄ ſacramēto vnctoīs. poſtq̄ȝ in p̄cedēti detminauit d̄ ſacro euchariſtie. Et diuidit illa ps in duas ptes. nā in pma pte autor ponit aliq̄s regulas ⁊ documēta d̄ illo quō ſacerdos debet ſe habere circa loca vngenda. in ſcda pte ponit quedā incidētia. Scda ps. ibi. in torneamētis. q̄ntū ad pmā ptē ſ tus littere ſtat in vndecim regulis. Prima ē talis. ꝙ ipe eger ſeu infirm⁹ nō dȝ bis in vno anno vngi ſ; tm̄ ſemel ⁊ h̄ ſic ē verum ſi ipe manet in vna infir

mitate ſed ſi ipſe euadit ď vna infirmitate ad aliã.tunc ipſe p̄t bis vngi. Et
ergo ſacerdos q̄n vult aliquē infirmũ vngere tunc dꝫ requirere vtꝝ ſit vn
ctꝰ in illo anno tunc autoꝛ in lr̃a addit ꝙ aliter eſt ď ꝑſonis clauſtralibus
ꝛ ſpũalibꝰ.qꝛ iſte ꝑſone pluries p̄ñt vngi q̄ꝫ ꝑſone ſeculares. Et iō ſacẽdos
caute dꝫ ſe regere circa vngẽdos qꝛ tenet̃ ſcire an vngendi ſi̇tꝫ ſpũales ꝛ etꝫ
ſeculares. Et tenet̃ interꝛogare an infirmus infirmabat̃ ꝑ totũ annuꝫ
an non.ꝛ ſm̃ hoc ſe regat. ¶ Scd̃a regula eſt.ꝙ ille qui debet vngi debet
eſſe decemocto annoꝝ antiquus. Et rõem aſſignat ſanctꝰ Thomas ꝛ dt̄
ꝙ ipſe vngendus debet habere rõem ꝛ voluntatem ꝯplexam ꝛ ꝑfectam.
Et ido pueri non vtentes rõne non debent vngi ſed ſi aliquis puer eẽt q̃t
tuoꝛdecim annoꝛum vel circa cum bona ratione ꝛ diſcretione talis poſſꝫ
vngi vt pꝫ ď multis pueris vbi vnꝰ magis vtitur ratione q̄ꝫ alter.
¶ Tercia regula.ꝙ nullꝰ dꝫ vngi niſi ꝓus cũ deuotione illã vnctõem deſi
derauerit ꝛ poſtulauerit. Sꝫ ſi eſt ita debilis ꝙ non p̄t ſacr̃m vnctiõis po
ſtulare tunc ſufficit ꝙ ſignum facit cũ oculis vel cũ manibꝰ illd̃ ſacr̃m de
ſiderando. Et vera ſigna ſi̇tꝫ illa vt cum oculis lachꝛymat̃ ꝛ vt manus ſu
as ad celum eleuat. Et etiam ꝙ ſuſpirat in ſuo coꝛde.
¶ Quarta regula eſt.ꝙ ipſe mutus non dꝫ ſumere coꝛpus chriſti nec de
bet vngi niſi poſtulauerit cum certis ſignis ꝛ cũ hoc ſi ē catolicꝰ ſiue xp̄ia
nus verus. ¶ Quinta regula eſt talis.ꝙ loca vngenda ꝛ mẽbra ſepius dꝫ
lauari ꝛ locio in ignē ꝓijci: Et ſacerdos debet ipſm infirmũ monere ꝙ om
nia peccata ſua confiteatur ꝛ patienter ſuſtineat ꝯpunctõeꝫ ꝓ ſuis pctis.
¶ Sexta regula.ꝙ ſi aliq̄s eſt ꝯfirmatꝰ tunc ſacerdos non debet ipſm vn
gere in fronte. Et ratio eſt.qꝛ ep̄s cum eũ ꝯfirmauit tunc vnxit eũ in fron
te ꝛ iō non eſt vngendꝰ in fronte poſt. ¶ Septima regula eſt talis.ꝙ ocu
li.aures:nares.manus.ꝛ pecus.nec non ꝛ pedes om̄ia hec ſi̇tꝫ vngẽda. Sꝫ
ſcapule non dn̄t vngi. Et rõ illiꝰ pꝫ in lr̃a.qꝛ ſcapule carent miſterio diuio
¶ Octaua regula eſt.ꝙ p̄ſbyter aliter eſt vngendꝰ q̄ꝫ laicus. Et rõ eſt:qꝛ
manus pꝛeſbyteri interius non debent vngi.qꝛ ab Ep̄o vncta ſi̇tꝫ illa loca
quando gradum ſacerdotij condonauit. Sed manus pꝛeſbyteri debent
vngi exterius. ¶ Nona regula.ſi aliquis p̄ſul inunxit aliquem infirmũ
tunc ſimplex ſacerdos non debet vngere eum ꝛ hoc eſt verum in vna ꝛ ea
dem infirmitate: ¶ Decima regula. Si infirmus vnctus facit creſim.i.
tranſitum de infirmitate ad ſanitatem.tunc loca vncta debent lauari.
Et lotio illa ꝓijciatur in ignem vel in aquam fluentem vnde dicũt ex
poſitoꝛes hic circa textum.ꝙ creſis eſt mutaio alicuius moꝛbi ſiue infir
mitatis ad ſanitatem. ¶ Ultima regula eſt talis.ſi aliquis infirmus eẽt
inclinatus ad agonem moꝛtis.tunc ſacerdos hoc cognoſcens dꝫ emitte
re ſeptem pſalmos. Et debet agonizantem vngere ꝛ poſtea ſeptẽ pſalmos
legere ne aliquis ſine vnctione moꝛiatur.ꝛ ſic ſb̄ſtãtia ſacr̃i carens etiam
careret effectu ſacr̃i.

¶ Notãdum eſt circa lrãm.ꝙ communiter in paſſu p̄ñtis textus habet̃
timpoꝛa non eſt hoc opinãdum eſſe ď intentõe autoꝛis ſed ꝓpt̄ antiquos
quoſdam ꝛ poſitiuos grammaticos. Pꝛo quo ſciendum eſt.ꝙ quidã an
tiqui grammatici dixerunt ꝙ hoc nomen tempus haberet duo ſignifica
ta.nam quando ſcriberetur ꝑ e ꝙ tunc ſ̄caret quandam dimenſionem

pertinenter ad quando. Sed quando ꝯcaret partes hoīs tunc deberet
ſcribi ꝑ i dᷣo timpus. Et ꝯm illā diſtinctōem antiquoꝝ in lrā ſtabit tim-
pona. ¶ Sed tamen in veritate illa diſtinctio minus valet nā illud du-
plex ꝯcatum hȳ ꝑ hoc nomen tp̄s ſꝫ vna ꝓlatione. Nā ꝙ tp̄s ꝯt dimenſi
onem reꝝ ꝺ ſe pꝫ. ſed ꝙ tp̄s ſꝫ eadem ꝓlatōe etiā ꝯt ptes faciei pꝫ ꝑ Pſal.
dicētem ⁊ reqēm tpibus meis. vbi ponit tpibus ⁊ illud clare declarat gre
ciſta dicens. ꝑtinet ad tp̄s qn̄ tp̄s dimēſio rerum ſignatur ꝑ idem ꝑs pte
rita faciei hac ꝓ pte tn̄ pſumunt dicere quidā timpꝰ qꝺ tāq̄ dictū pueri-
le refuto. Et ſic pꝫ ꝙ ꝯm rei veritatem dici dꝫ tpa ſed ſi in textualibꝰ habet
timpora hoc ꝯm vſum antiquoꝝ poſitiuoꝝ qui ſic ſꝫ loquuti ꝓpt hr̄e diſ-
ferentiā inter hec duo ꝯcata. ¶ Scꝺo notandum in lrā. ꝙ eger nō debꝫ
vngi niſi ſemel in anno. Ex hac lrā elicitur. ꝙ ſolꝰ infirmꝰ eſt in fine vite
quādo non eſt ſpes vite vngēdum. Pro quo dubitatur. vtꝝ cuilibꝫ poſtu
lās vnctōem ſacri ſit vngendus. Ad hoc rn̄det ſctūs Thomas. ꝙ nullus
homo ſit vngēdus niſi infirmus ⁊ poſitus in articulo mortis ꝺ quo non
eſt ſpes euadēdi mortē. Per hoc ꝙ ꝺt infirmus excludit ſanꝰ. imo ſi iſti
ſtatim peterēt non ſꝫ vngendi. Per hoc qꝺ ꝺr poſitꝰ in articulo mortꝫ ex-
cludit illos infirmos qui non timēt mortē. nā tales non ſꝫ vngēdi. ſed ꝑ
hoc ꝙ ꝺt in textu. ꝙ dꝫ poſtulare vnctōeꝫ. excludit illos qui nō poſtulāt
cū debita rōne ſacramentalē vnctōem. vt ſꝫ frenetici q̇ ꝯtinue ſꝫ furibun
di. qꝛ tales ſꝫ ſine rōne. ¶ Tercio notādum. ꝙ ſctūs Jacobꝰ in canonica
ſua ꝺr. ſi q̇s vr̄m infirmat̄ vngat̄ oleo ſctificato. ⁊ ſi quis ē in pctis p̄ſbyte
ri orāt ꝓ eo vt remittent̄ ei pctā. Ex quibꝰ vbis notat̄ triplex effectꝰ vn-
ctionis. Primꝰ eſt. ꝙ vnctio augmētat grām ⁊ deuotōem. Scꝺs effectus
ꝙ ꝑ vnctōem alleuiat̄ morbꝰ nā ſi infirmꝰ eēt euaſurꝰ mortē tūc citiꝰ eua
deret q̄ſ ſi n̄ eēt vnctꝰ. Et hoc eſt ꝯtra illos q̇ credūt ꝙ qn̄ aliq̇s vngitur ꝙ
ille non p̄t euadere mortē. Tercius effectꝰ ē. ꝙ vnctio delet venialia. vnꝺ
ꝺt metriſta. Vngor in extremis ꝙ ſit mihi grā maior. Et morbus leuior
ac mea culpa minor.

¶ Itē nota ꝙ in ipa vnctōe duo ſꝫ. ſcꝫ materia ⁊ forma. materia vnctio-
nis eſt oleū oliue ꝯſecratuꝫ ab ep̄o. ſꝫ forma vnctōis ē duplex quā iſtituit
btūs Gregꝰ. ⁊ ē depcatia. Et ē iſta ꝑ iſtā ſacrā vnctiōeꝫ deleat tibi ds q̇cq̇d
deliq̇ſti ꝑ viſum. auditū. guſtū. tactū. ⁊ ſic ꝺ alijs. Alia ē quā inſtituit btūs
Hieronymꝰ ⁊ ē indicatiua ⁊ ē iſta. Vngo oculos tuos olio ſctificato i no-
mine p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti. am̄. Sꝫ aliq̇ moderni p̄ſbyteri faciunt vnā aliā
formā mixtā ex illis duabꝰ. Dicentes vngo oculos olio ſctificato in noīe
p̄ris ⁊ filij ⁊ ſpūſſcti. Et ſꝫ iungūt ⁊ ꝑ iſtā ſacrā vnctōem deleat tibi ds quic
q̇d deliq̇ſti ꝑ viſum. auditū. guſtū. ⁊ tactū. ⁊ ſic ꝺ alijs.

¶ Itē nota ꝺr in vna regula. ꝙ mēbra vngenda ꝓus dn̄t lauari ꝗꝫ eīn fit
duplici ꝺ cā. Prima cā ē ꝓpt reuerentiā ſacri videlꝫ. ne ſacramētū ad locū
immundū ponatur. ¶ Scꝺa cā eſt in ſignū huiꝰ ꝙ nr̄a ꝯſciētia dꝫ eē lo-
ta ab omībꝰ pctis. Sed ꝺr vlteriꝰ in regl̄a. ꝙ infirmꝰ nō dꝫ vngi in fronte ⁊
rō huiꝰ eſt. qꝛ ep̄s frontē vnxit in ꝯfirmatōe mō ptās ſupioris non ꝯuenit
inferiori. ¶ Item nota in vna regula ꝺr ꝙ ſacerdos debet inducere infir-
mū vt ꝯfiteatur ⁊ penitentiā agat. Dubitatur q̊ vtrum penitentia ſerotia
vel contritio ſit vera penitentia dicūt aliqui doctores ꝙ nō. qꝛ oīs peni-

tentia debet fieri ex amore et ōro ex timore. ſed pn̄ia veſptina vel ſerotina
nō fit ꝓpt amorē ſꝫ magꝭ ꝓpt timorē. ergo pn̄ia ſerotina vel veſptina nō ē va
penitētia. Maior pꝫ ꝑ mgr̄m ſentētiarum dicentē ꝙ directa penitentia de-
bet eē charitatiua. ſed Minor ꝓbatur. qꝛ illa pn̄ia (que fit in agone mortis)
iſta fit ex timore qꝛ ipe infirmus penniter ꝓpter metum mortis. quia ſi
non timeret mortem et ſciret ſe euadere nunq̄ peniteret q̄re ſequitur ꝙ
tarda penitentia ſiue ſerotina fit ex timore ꝑ ꝯn̄s non eſt pn̄ia. Ad hoc du-
bium rn̄dent doctores vnanimiter ꝙ penitentia ſerotina dūmodo peni-
tentia fiat ex tota cordis ꝯtritione vera eſt. Et hoc patet de latrone q̄ pen-
debat in cruce cuꝫ chriſto in latere dextro. qꝛ ille latro penituit in agone
mortis dicens. memento mei dn̄e dū veneris in regnū tuū. Sed tn̄ ſup ħ
nemo ſe remittere debet vt ſuā pn̄iam tardari vellet vſqꝫ ad vltimā extre-
mitatē vite ſue nā dicunt doctores ꝙ non tātum ꝯtritio ſiue penitentia
ſaluauit iſtum latronē in cruce. ſed ſua magna fides quā habuit in xp̄m
magis cū credidit q̄ꝫ ſancti et ſancte martyres et hoc ex tactu ſtille ſangui-
nis chriſti ſup ipm ſtillātis qui erat infinite virtutis ad ſoluendū vincula
peccatorum de hoc Apocalipſis primo chriſt⁹ lauit nos a peccatis noſtris in ſuo
ſanguine. Nā hoc ꝙ fideles martyres crediderunt hoc viderunt ad ocu-
lum. Etiā eorum fides ꝯfirmata fuit ꝑ ſigna et miracula. Iſte aūt latro vi-
dit chr̄m pendentē in cruce et dānatum tāq̄ malefactorē nihilomin⁹ tamē
ipm filiū dei eſſe credebat. Et hec maxime fuit cauſa ſaluatōis et ergo dicit be-
atus Auguſtin⁹ penitentia ſera raro eſt va. Nā vt frequenter nō ex amo-
re et va cordis ꝯtritōe. ſed ex timore ꝓcedit. Alteri⁹ ē notādū. lrā dicit ꝙ illa
mēbra ſcꝫ oculi et man⁹ dn̄t vngi. Et hui⁹ ē duplex rō. Prima. qꝛ ꝑ iſta mē-
bra principaliter exercetur cul⁹ diuin⁹. Et qꝛ vnctio eſt quedā ꝯfirmatio ſpiri-
tualis. ergo vt iſta mēbra ꝯfortarentur vngi dn̄t.

¶ Scd̄a rō. illa mēbra vngi dn̄t ꝑ que delinquim⁹ et peccauim⁹. ſcꝫ videndo
audiēdo. palpādo et ſic de alijs peccauim⁹. ergo illa mēbra tāq̄ principaliora vn-
genda ſunt. ¶ Vltimo ē dubitādū de caſib⁹. Primo dr̄ vtrum veſan⁹ et frenetici
cus in extremis ſunt vngendi. Rn̄detur ſub diſtinctōe. qꝛ vel tales ſunt ꝯtinue fu-
ribundi abſqꝫ tpis interuallo vel aliquādo et aliquādo non. mō ad dubium
dr̄. ꝙ ſi ꝯtinue ſunt furibundi non ſunt vngendi. Rō eſt. qꝛ omnis vngend⁹ de-
bet habere rōem et voluntatem et deſiderium vnctionis. ſed tales freneti-
ci non deſiderant vnctōem ſi autem iſti frenetici et veſani aliqn̄ ſunt furibun-
di tunc ſi petunt vnctōem quādo vſum rationis habent tunc debent vn-
gi alias non ¶ Secundus caſus. An ſit verum ꝙ ipi infirmi dicunt an-
te mortem ipis apparere ipm angelū vel diabolum et videre iudiciū diui-
num. Ad hoc reſpondet beat⁹ Auguſtinus ꝙ ſic. anima pt ſcire iudiciū
ꝑticulare vt maneat in purgatorio vel in loco vbi peccauit. non tamen ħ
confertur omnibus animabus. ſed anima non pt ſcire iudiciū vniuerſa-
le. qꝛ tale iudicium tātum apparebit in die nouiſſimo quādo dicetur bonis
venite benedicti et malis. ite maledicti. Math. xxv. Vnde ſi bona fecerūt
in preſenti vita tunc ipis erunt angeli pñtes animā cuſtodiētes per op-
poſitum autem ſi male fecerunt in preſenti vita tunc ipis erunt diaboli
preſentes animam expectantes. Alij autem ſic reſpondent quando q̄rit
Vtrum ipi infirmi verum dicunt quando dicunt ſe vidiſſe angelum vel

diabolum circa ſe in infirmitate. dōm ꝙ hoc eſt poſſibile qñ ex diuina ꝓ
uidentia ꝑmittit̄ ⁊ ſine cunctipotentia dei fieri nō pt. qꝛ illi ſꝫ ſpūs q̇ non
poſſunt videri cum nihil videtur niſi coloꝛatū vt dt Areſtotiles in libro
ſcdo de aīa. ſed ipi non ſꝫ coloꝛati quare ſequit̄ ꝙ non pñt videri niſi ſpeci
aliter ꝯcedit̄ ex grā dei. ¶ Terciꝰ caſus. An verū ſit ꝙ plures hōies dicunt
ſe vidiſſe deum in agone moꝛtꝫ: Ad hoc rñdet btūs Hieronymꝰ ꝙ ſic. qꝛ
filiꝰ dei tantā miſcdiam habet ad ipm hoiem ꝙ in fine vite cuiuſlibet ho-
minis ſe manifeſtat nā moꝛi ꝓ nobis voluit ⁊ illud idē confirmat̄ in Euā
gelio vbi dr ⁊ iterum veniā ad vos ⁊ ideo apparet ipi homini in fine moꝛ-
tis. ¶ Quartus caſus. Ponatur ꝙ aliquis homo ſit ſemel vnctꝰ in vna
infirmitate ⁊ diu maneat in eadem infirmitate licet non ſꝫ equali trāſi-
tu. tunc dubitatur vtrum poſtea articulo moꝛtis imminente pt iterum
vngi. Reſpondetur. ꝙ iſta medicina non ſolum reſpicit moꝛbū ſed etiaꝫ
infirmitatis longitudinem. ergo non obſtante ꝑma vnctione in articlo
moꝛtis facta ſi euaſerit ⁊ diu in iſta infirmitate perſeuerauerit ſꝫ ineqli
trāſitu poteſt iterum vngi quia medio tempoꝛe poteſt homo venialiter
peccare quia illud tunc iterum deletur ꝑ vnctiōem. ¶ Quintus caſus.
Aliquis intrans bellum timens ſe interfici vel etiam iudicatus fideliter
petens vnctōem. dubitatur an debet vngi vel non. Reſpondetur ꝙ non
quia ſolus infirmus eſt vngendus talis aūt non hmōi. igit̄ ⁊c̄.
¶ Sextus caſus eſt iſte. vtrum gnanus ⁊ pigmei ⁊ tales ꝯſimiles iſtis ſꝫ
vngendi Reſpondetur ꝙ non. qꝛ iſti qui debent vngi dñt eſſe animalia ꝑ
fecta bona rōne vtentia ſed ſic non eſt de pigmeis ⁊ qñqꝫ de gnanis. Si
em̄ vſus rōnis bone in gnano repereris ſecus eſſꝫ. ¶ Septimꝰ caſus Po
natur in cāu ꝙ aliqs infirmus dicat ad ſacerdotē domine dicite mihi vi-
am per quē valeo venire ad regnū celoꝝ. tunc dubitat̄ quā viaꝫ ſacerdos
debet ei manifeſtare. Et quō ipm inſtruere debet vt ꝑueniat ad regnū
celoꝛum. Ad hoc reſpondet ſanctus Auguſtinus: ꝙ ipe ſacerdos debet
inquirere ab infirmo. Et ſi affirmatiue reſpondet ab ea que querit ab eo
tunc talis proculdubio ſecure moꝛitur ꝑmum quod querere debet ab ip
ſo infirmo an credit in articulos fidei q̇ ſꝫ traditi in ecclia dei Si infirmꝰ
dt ꝙ ſic. tunc ſacerdos debet reſpondere hoc eſt bonū ſignū quo ad ſalutē
aīe tue. Scdo ſacerdos queret an gaudet mō in fide catholica ſi rñdꝫ ꝙ
ſic. tūc ſacerdos dicat hoc eſt bonū ſignū. ⁊c̄. Tercio ſacerdos q̄rat vtꝝ do
leat vnqꝫ chr̄m offendidiſſe eiꝰ creatoꝛē ſi rñdet ꝙ ſic. tūc ſacerdos dicat. ħ
eſt bonū ſignū. Quarto q̄rat. vtꝝ doleat de peccatis cōmiſſis. ſi rñdet ꝙ
ſic. tūc ſacdos dicat ħ eſt bonū ſignū. Quinto q̄rat ſi euaſerit moꝛtē vtrū
vellet ſua pctā deplāgere ⁊ āpliꝰ nō peccare ⁊ cū ħ ſua pctā velit emēdare
ſi rñdet ꝙ ſic. tūc ſacerdos dicat ħ eſt bonū ſignū. Sexto ⁊ vltimo q̄rat ſa
cerdos an gaudet ꝑuenire ad regnū dei nō meritꝫ ſuis ſꝫ ꝑ merita Jeſu
chrī ⁊ ꝑ eius amariſſimam paſſionem ⁊ ſi ipe infirmus omibꝰ iſtis firmit̄
adheret ꝯfitendo ⁊ credendo tunc ipe ſacerdos dicat ad eum conſolando
Si aduerſarij tui ad te veniant in exitu anime tue recoꝛdare chꝛiſti paſ-
ſionem et eris ſecurus de vita eterna. ¶ Octauus caſus Ponatur ꝙ ſit
aliquis malus qui per maliciam intrat infirmitatem ita ꝙ mutus effici-
atur ſicꝰ legitur de illis qui ſolent ſanctos increpare ⁊ vitupare tūc dubi-

tatur vtrum tales morte imminẽte debeãt vngi. Ad hoc rñdet̃. q̈ ſi ipſe ſacerdos per aliqua ſigna manifeſta ſicut per gemitũ vel ꝑ eleuatõem manuum in celum vel ſuſpiratõem cognoſcit illum infirmũ ſacramẽtu3 vnctionis deſiderare tunc tenetur ipm̃ vngere ſi iſtis ſignis remotis ⁊ non factis tranſeat vnctio a talibus maliuolis. ¶ Ultimus caſus eſt iſte. ex q̈ in iure ꝓhibet̃ q̈ hõ hñs ꝑuũ caput vt mus non d3 vngi. tunc dubitat̃ an etiã hõ nimis magnũ caput hñs non d3 vngi. Rñdet̃ q̈ int̃ om̃ia aĩalia q̈dã ſunt monſtruoſa ⁊ impfecta ſiue talis defect⁹ venit ex ſupabũdtia ſiue ex defectu ita q̈ hñt rõem valde impfecte hmõi nõ ſt̃ vngẽda. Quis om̃e aĩal qḋ d3 vngi d3 hr̃e pfectã rõem ⁊ diſcretõem.

.i. in haſtiludijs .i. occiſus .i. ꝑuã
In torneamentis leſus ſi vixerit horam
s. hora s. exñs .i. pctã
In qua contritus ſua crimina confiteatur
.i. eucariſtia .s. in loco ſacrato
Corpus ei domini datur vngitur nec ſepelitur
.s. vel ⁊ liq̈s nobil̃ .s. torneamẽta
Ne miles pronus ſit ad iſta negatur et iſti
.i. eccl'iaſtica tumulatio blaſphemat̃ .s. leſi
Sancta ſepultura corpus confunditur eius
.s. leſus .i. morit̃ .s. iura eccl'iaſtica
Qui ſic deſcendit ſed cetera nulla neguntur
.s. iura .s. ad ſalutẽ .i. remouet̃
Que proſunt anime ſic ille reſtringitur inde
.s. ſacerdos .s. hoĩbus
Non tu confeſſor ſis furibus et ſceleratis
.s. cã iuſticie intrãs hmõi .s. eccl'iaſticũ .i. offendẽdi
In bello iuſto ius omne datur morienti
.i. diſcuſſor criminũ
Confeſſor licite ſed furibus et ſceleratis
.s. fures aut alios ꝯfiſſes .i. iuſta
His quos damnat ſentencia iudicis equa
.i. cũ talib⁹ impedimẽtis .i. cuſtodia ciuitatis .i. ligauit
Et quos cõpedibus cuſtodia publica iunxit
.i. homicida. ſc3 mortẽ fur. ⁊c.
Latronum mortem furum ſuſpendia clades
.i. q̈liacũq3 .s. tu hõ
Qualeſcunq3 caue ne conſpicias quia mater
tale officiũ diuinũ
Miſſam cantandi tibi tollitur inde poteſtas
.s. ſigna .i. aliq̈d .s. fur .i. piculũ .i. intrare
Non facias quicq̃3 quo cauſam mortis inir

.i.ſine .i.mortꝫ .i.deſiderio .i.cõpatieris furti
Poſſit et abſqꝫ necis conſenſu condoleas huic
ſ. nos raymundꝰ viſiõis mortꝫ.deponibilꝭ.i.iſte caſus
Dicimus articulis ꝙ diſpenſabilis hic eſt

¶ Hic mgr̄ ponit incidẽtia q̄ incidũt ex p̄dictis ⁊ diuit̄ illa ps in tot ptes
quot ponit incidentia ptes patebunt. Primũ incidens ſiue p̄ma regula
eſt.ſi aliquis fuit leſus in torneamẽtis vel pcuſſus vſqꝫ ad articulũ mortꝫ
⁊ ille ſupuixerit ad modicã horã ita ꝙ ſua crimina p̄t ↄfiteri tunc ille eſt
cõmunicãdus ⁊ vngendus ſed debet carere eccl'iaſtica ſepultura. vt pꝫ de
torneamẽtis.p̄mo ⁊ vltimo. Rõ ẽ.q2 tũc alij nobiliores non efficiũtur ita
pni ad hmõi torneamẽta ſiue ludos ⁊ ſic vt alij reſtringerẽt a tali ludo ñ
debent ſepeliri in eccl'ia ſiue in cimiterio ſꝫ in cãpo p aſpectũ alioꝝ vt alij
ceſſant a tali ludo. Sꝫ tñ oĩa alia eccleſiaſtica iura q̄ ↄſunt ſaluti aĩe ſue
non dñt denegari tali. ¶ Scdm incidẽs(qd ex illo oriť)eſt.ſi aliqs intrat
bellũ tũc oĩa iura ſacramẽtalia pñt illi porrigi. Et h̄ eveꝝ ſi cã iuſticie vl'
cã defendẽdi cõe bonũ vel patriã defendendã intrauerit bellũ. Si aũt cã
ſpoliatõis vel ꝑpť aliã cãm ſibi ſiſem intrauerit bellũ tũc illa iura ſacra-
mẽtalia ⁊ eccleſiaſtica nõ porrigenť ei. ¶ Terciũ incidẽs ſiue regula ꝙ li-
citũ eſt audire ↄfeſſionẽ ab ip̄is furibꝰ ⁊ latronibꝰ. Et ſi ↄtingeret ꝙ aliqs
ſacerdos deberet eos audire tũc diſponat ꝙ tales fures ⁊ latrones ſint ſo-
luti a vinculis.q2 ſi non eẽnt ſoluti ſed ligati cũ pedibꝰ tũc nõ dꝫ eos au-
dire. Et h̄ eſt ꝑpť reuerẽtiã ſacri ſiue de bene eẽ illiꝰ ſacri ſcꝫ ↄfeſſionis ſꝫ
non de iure.q2 ↄfeſſio libat a pctõ.g dꝫ eẽ ſolutꝰ a vinculis corꝑis quẽ ad
modũ Petrꝰ Actuũ.ix. Quarta regula ꝙ q̇cunqꝫ hꝫ volũtatẽ clericãdi
ille dꝫ ſe cauere ne vnq̄ꝫ videat mortẽ maloꝝ hoiꝫ vt ſuſpẽdiũ cõbuſtiõeꝫ
⁊c.q2 tal' facilit itrat irreglaritatẽ p quã tolliť officiũ celebrãdi miſſam vt
ſi ip̄e letareť de morte ip̄oꝝ vl' ↄſil'e opus expectare. Quinta regula nullꝰ
ſacerdotũ loq̄ť q̇cq̄ꝫ de his malefactoribꝰ ita ꝙ nihil dꝫ facere nec dicere
d his maleficiis ⁊ h̄ nec ſignis nec nutibꝰ nec v̄bis nec ope ne itrat irregu-
laritatẽ. Sexta regula.ſi aliqs mortuꝰ iuẽťꝰ fuerit i aliq loco ſiue ſit i aq̄ ſi-
ue i cãpo.ſiue i ſilua ille ẽ ſepeliendꝰ nobiſcũ.i.i cimiterio. Et h̄ ẽ veꝝ ſi cã
mortꝫ illiꝰ ſit dubia tũc ſm h̄ dꝫ opari. Si ãt ſit nota ⁊ mãifeſta tũc iteꝝ ſm
h̄ dꝫ opari puta ſi cã mortꝫ ẽ homitidiũ vl' aliqd hmõi tũc ñ ẽ ſepeliendꝰ in
cimiterio ſꝫ in cãpo eodẽ mõ dꝫ ſi aliquis ſuſpẽſus inueniret̄ i cãpo queꝫ
ſciret eẽ ſuſpẽſum ille nõ eẽt ſepeliẽdꝰ in cimiterio. ¶ Circa lrãꝫ p° ẽ no-
tãdũ ex q̊ torneamẽtũ dꝫ eẽ ludꝰ ſiue exercitiũ vl' pltes hoies ↄfluũt armati
ſiue ↄueniũt vt velint iire bellũ.tũc ſciẽdũ ꝙ aliqs p̄t itrare bellũ cũ tornea
mẽtꝫ dupl'r. vno° ꝑpť vanã gl'iaꝫ ſcꝫ ꝑpť mľieꝝ ſiue v̄ginũ ↄplacẽtiã. Et ſi
tal' ſic moriť ſiue inficiť tũc ip̄e ñ dꝫ ſepeliri in cimiterio ⁊ i loco ſctõ. alio°
aliqs p̄t itrare torneamẽtũ ſiue bellũ cã exercitij vt poſtea poſſit eẽ abilior
in v̄o p̄lio. Et ꝙ mẽbra ſua abilitãť cũ abilia fiũt aut ad defendendũ pa-
triã vel ad defendendũ cõe bonũ vel ad defendendũ orphãos ⁊ viduas ⁊ ſi
tal' moriť i bello tũc ei dať eccl'iaſtica ſepultura .2° nota q̄uis aliqd corpꝰ
ſepeliť extra cimiteriũ ꝑpť h̄ ñ ẽ credẽdũ ꝙ iſte hõ ſit dãnatꝰ ex eo ꝙ ſepe
liť extra cimiteriũ.⁊ rõ ẽ q2 locꝰ ñ ſanctificat corpꝰ ſꝫ corpꝰ ſanctificat locuꝫ

Quia ſctm̄ corp⁹ ad quecunq3 locū ponit̄ illū locū ſctificat vt iſtd̄ p3 p mł
ta corpa ſctōꝝ q̄ ſctificauerunt loca. ⁊ g̊ non eſt credendū ꝙ aie illoꝝ hōi3
ſepultoꝝ extra cimiteriū ꝓpterea ꝓuabunt̄ gl'ia celeſti.

¶ Tercio notādū ſicut hr̄ extra. libro quinto d̓ torneamētis tūc tornea
menta ſt3 ꝓhibita in quibus ꝯueniūt milites ad oſtētatiōem audacie ex
q̊bus aiabus multa ꝑicula ſepius ꝓueniunt. nā ſi q̇s ibidē interfect⁹ fue-
rit eccl'iaſtica carebit ſepultura. ſed ſi q̇s ad torneamēta venerit nō omi-
no ꝓpter laudem ſed ꝓpter aliā cām honeſtā. vic3 vt requirat debita ſua
a creditore ſi tunc interſectus fuerit p̄t in cimiterio ſepeliri. Sicut legit̄
extra d̓ torneamētis loco p̄allegato.

¶ Quarto notādū. ſi fures vel latrones in furādo vel p̄liādo occidāt̄ nō
eſt orādū ꝓ eis. vt hr̄ caplo d̓ furtis q̇nto. Itē furib⁹ in eccl'ia nō dat̄ ſe-
pultura. ſed tn̄ cū fuerint ꝯfeſſi ⁊ ꝯtriti l3 eoꝝ crimina ſt3 manifeſta tūc ip-
ſis p̄t dari corp⁹ dn̄i. ſed ſepultura non. niſi eoꝝ ꝯſanguinei ſatiſfacere pro
eis ꝓmittūt. vt p3 extra d̓ raptorib⁹ ca. vbi ſupra.

¶ Vltimo notādū d̓ caſib⁹. Prim⁹ eſt iſte: ponat̄ ꝙ aliq̇s ſacerdos ſtaret
circa mortē malefactoris gaudēs d̓ morte ipius nunq̇d efficit̄ irregl'aris
Rn̄r ꝙ non eſt ꝯueniens ſacerdotib⁹ ⁊ clericis audire. videre. aut iudica-
re mortē malefactoꝝ. q2 facilit̄ pn̄t incurrere irregularitatē. vn̄d ſacerdos
ꝓmouēs aliquē verbo vel facto: ſi delectat̄ ⁊ dat ꝯſenium aliq̄lr ad mor-
tem ipius vel coadiuuat vel ſi nutib⁹ vel ſignis ipm ꝓmouet ad mortē ē
irregularis. ſed ſi ex cāu ꝯtingit ꝙ ꝯſpicit mortē ipius. tunc d3 ei ꝯdolere
v̓bo vel ope. Et ille articul⁹ diſpenſandus eſt ⁊ excuſabilis. ſic ſilr ſi gaud3
de morte ipius ⁊ tn̄ non ꝓmouet ipm ad mortē. iſte articul⁹ iterū ē diſpen-
ſabilis: ſed hoc ſolum a ſede aplica. ¶ Scd̓s caſus ponatur ꝙ iudex ciui
tatis dat licentiā aliquē ſuſpēſum vel rotatum ſepeliri ⁊ amici ei⁹ portāt
eum ad eccl'iam. tunc dubitat̄ an p̄ſbyteri dn̄t eum admittere ad ſeplturam
ram eccl'iaſticā. Rn̄r. ſi talis fur fuerit ꝯfeſſus. contritus. ⁊ cōicat⁹ tunc p̄t
ſepeliri in cimiterio ⁊ hoc cum licentia ep̄i ⁊ plebani ⁊ tn̄ ſimplr ſepeliri nō
d3 niſi amici eius ꝓmitunt ſatiſfacere ꝓ eoꝝ quo iſte fur eſt mortuus.

¶ S3 diceres. nunquid eccl'ia d3 admittere. ꝙ corpa ſuſpenſoꝝ erigātur
in eccl'ia ⁊ ꝙ oblationes ⁊ miſſe fiunt ꝓ eis. Rn̄r. ꝙ ſi talis ſuſpēſus d̓ omi-
bus peccatis ſuis purā confeſſionē fecerat ⁊ digne penituit ⁊ ſm̄ ꝯſtituti
onem eccl'iaſticam in fine cōionem ſuſceperit. tūc l3 d̓ iure cōi ſibi ſepul-
tura eccl'iaſtica denegatur tāq̄3 malefactori publico: tn̄ ex grā p̄t ſibi idul
geri ſic ꝙ ad eccl'iaſticam ſepulturam admittitur ⁊ ex ꝯn̄ti etiā admittū-
tur ſuffragia talium mortuorum vic3 oblationes ⁊ miſſe.

¶ Terci⁹ caſus. ponat̄ ꝙ aliq̇s ſacerdos ſit in caſtro alicui⁹ p̄ncipis q̇ ſcri
bit ꝓ vindicta ſanguinis. tunc dubitat̄ an efficit̄ irregularis. Rn̄r. ꝙ cleri
cis ꝓhibet̄ ſtricte ne aliq̇s dicat vel ſcribat litteras ꝓ vindicta ſanguinis.
ſed laicis cōmitti d3. ⁊ nullo mō ſb̄diacon⁹. diacon⁹ vel ſacerdos tale offi
cium exerceat ne ad occiſionē aliquē inducat ꝑ tale officium. q2 efficere
tur irregularis. ⁊ hoc hr̄ in decretalib⁹ extra d̓ clericis.

¶ Quartus caſus. ponat̄ ſi aliq̇s veniens ad eccl'iam videns calicē quen
dam min⁹ caute dimiſſum ⁊ ipm recipiat ⁊ longo tp̄e detineat tūc dubi-
tat̄ vtꝝ talis poſſet ꝓmoueri ad ſacros ordines: Reſpondet̄. ꝙ ſi ille volū-

tarie fuerit ꝯfeſſus ⁊ ſatiſfecerit eccl'ie cui⁹ calix fuerat nec ꝺ h̄ eſt nota vel manifeſta ſuſpitio. tunc talis poſt pniam factā ꝺum mō iꝺoneus cognoſcatur p̄t ꝓmoueri aꝺ ſacros orꝺines ¶ Quintus caſus ponatur ꝙ ſi aliquis cā neceſſitatis viꝺelȝ cā nuꝺitatis vel famis aliquiꝺ furetur. tūc ꝺubitat̄ vtrum tenetur reſtituere. R̄n̄r ꝙ non. Nam om̄is qui cibaria v'l veſtem vel potum recipet ex v'a neceſſitate non tenetur ſimpl'r loquēꝺo reſtituere. q2 in neceſſitate om̄ia ꝺn̄t eſſe cōmunia ſicut fuit in ꝑmitiua eccleſia tp̄e Ap'loꝝ: vt legitur in actibus Ap'loꝝ. Et erāt illis om̄ia cōmunia. Uel alio mō r̄nꝺetur ꝓbabiliter aꝺ ꝺubium ꝙ non. nā om̄is q̇ cibaria. veſtem. vel potum recipet cā nuꝺitatis vel famis ille tenet̄ ꝺ his penitere ꝑ aliq̄ꝺ hebꝺomaꝺas. ⁊ hoc extrema neceſſitate cogente ſi āt reꝺꝺerȝ econtra non tenetur penitere. lȝ iſta non fiunt ꝺ iure.

¶ Sextus caſus. ponat̄ ꝙ aliquis ꝑnceps cōmittat incenꝺiū eccl'e ⁊ ponat̄ ꝙ egritudine p̄uentus ꝯfiteatur ſuo capellano q̇ ip̄m abſoluit a vinculo anathematis. tunc ꝺubirat̄ an iſte ꝺȝ habere eccl'iaſticā ſepulturam R̄nꝺetur ꝙ ſic. quia hereꝺes eius cōpellenꝺi ſt̄ȝ vt his quibus iſte ꝑnceps ꝑ incenꝺiū vel alio mō ꝺāmnum fecerit iuxta facultates ſuas ꝺigne ſatiſfaciāt. ⁊ vt ſic aīa illius ꝑncipis a pc̄tis poteſt liberari.

¶ Ultim⁹ caſus. ponat̄ ꝙ aliq̄s incenꝺari⁹ v'l malefactoꝛ eccl'iaꝝ a ſacerꝺote ꝯp̄hēꝺant̄ ⁊ ab eo int̄ficiaꝝ. tūc ꝺubitat̄ an iſte cleric⁹ int̄ficiēs eū ſit irregularꝭ. R̄n̄r ſꝫ ꝺiſtinctōe. nā ſi ille malefactoꝛ ei nocere noluerit ſeꝺ ſolum ſpoliare voluerit eccl'iam tunc ſi interficeret̄ a clerico cleric⁹ ē irregularis. Si āt clericū voluiſſet interficere ⁊ cleric⁹ alio mō non potuiſſȝ euaꝺere niſi ip̄m int̄feciſſet tunc eſt irregularis ſi talem furem interficerȝ. ſeꝺ valꝺe faciliter poſſit ſecum ꝺiſpenſari Seꝺ alij ꝺoctoꝛes ꝺicūt ꝙ ſimpliciter non efficitur irregularis cum inter ꝺuo mala nimis maluȝ eſt eligēꝺum. mō minus viꝺetur ineſſe ꝑiculoſitas ꝙ p̄ſbyter interficeret illū aliter euaꝺere non potuit ꝙ̄ econuerſo.

## Capitulū tercium ꝺe baptiſmo

tu ſacerꝺos .i. accipias
Dum cathecizas puerum tūc tres tibi ſumas
patrinos s^c patrinos s^c tres ꝑſone
Perſonas: et non plures quia ſufficiunt he
s^c patrinis s^c catholicā
His inunge fiꝺem puerum ꝺebere ꝺocere
.i. illā oꝛōem ꝺn̄icā ſcȝ ille puer
Atq3 pater noſter maturos ꝺum tenet annos
s^c hō reptus s^c cū fiꝺelib⁹
Moꝛtuus inuentus vbicunq3 ſit hic ſepelitur
s^c in cimiterio. i. incognita s^c inuēti
Nobiſcum ꝺubia moꝛtis ſi cauſa ſit eius
.i. nota s^c inuēti .i. extra cimiteriū
Si manifeſta mali ſit cauſa foris ſepelitur

¶ Iſtō ē terciū capitulū in q̄ autor determinat ꝺ 3° ſacr̄o. q̄ꝛ autor ſu-
pius determinauit ꝺ duob⁹. ſcꝫ ꝺ eucharīſtia ⁊ ſacra vnctōe q̄ſtꝫ ſacr̄a rei-
terabilia. h̄ iā deťminat ꝺ ſacr̄o irreiterabili ſcꝫ ꝺ baptiſmo. Et diuiditur
illa ps in duo. nā p̄mo determinat ꝺ ſacr̄o baptiſmi. Scđo determinat
ꝺ negligētijs ꝯtingētibus circa baptiſmū. Scđa ps. ibi (Infans in fon-
tē) Prima ps adhuc diuidit̄ in duo. nā p̄mo determinat ꝺ ꝑſonis req̄ſitꝫ
ad baptiſmū. Scđo remouet q̄dā dubia Scđa. ibi (Mortis ages) Quā-
tum ad p̄mū ꝺꝛ ſic. q̄ñcunqꝫ cathecíſo pueꝝ tunc ſume ſolū tres ꝑſonas
⁊ hi tres ꝑſone ſufficiunt ad q̄s tres ꝑſonas debes dicere ꝙ quando ille
puer venerit ad annos diſcretionis ꝙ tunc eum informant pater noſter
⁊ fidem catholicā.

¶ Circa lrāꝫ ē notādū. ꝙ cathecizo ē vna dcō greca. ⁊ vꝫ tm̄ i latio q̄ntū
pueꝝ bñdicere añ baptiſmū. Et hꝫ fieri i facie eccl̄ie. cathecíſo pl̄a ħt. vñ⁹.
Et cathecizo ꝯfirmo inſtruo ſac̄. Jubeo vł doceo iūgo redarguo ſpno.

¶ Scđo notādū. ꝙ baptiſm⁹ differt a duob⁹ ſacr̄is p̄dictꝫ reiterabile ⁊ irre-
iterabile. q̄ꝛ duo p̄cedētia ſtꝫ reiterabilia. q̄ꝛ nō inducūt effectū eťnū vt eu-
chariſtia ⁊ ſacra vnctio. Et iō dicunt̄ reiterabilia. q̄ꝛ plura p̄ñt in eodē ho-
mine reiterari. ſꝫ baptiſmus: ꝯfirmatio. ⁊ ordo dicunt̄ irreiterabilia. iđo q̄ꝛ
inducunt effectū eternū. ¶ Vnđ baptiſm⁹ ſic diffinit̄ Baptiſm⁹ eſt cara-
cter indebilis aīe impſſus ꝑ quē baptizati dr̄ñt a nō baptizatis. vñ baptiſ-
mus in greco idē eſt ꝙ locutio in latino q̄ꝛ ſicut aq̄ mūdat corp⁹ exterius
viſibiliter. ſic baptiſm⁹ inuiſibiliter ⁊ ſupnaturaliter mūdat aīaꝫ interi⁹.
vñ btūs Aug⁹. aq̄ corpus tāgit ⁊ mētē abluit.

¶ Tercio notādū. ꝙ triplex ē baptiſmus ꝫm ꝙ hr̄ in decretalibus. ſcꝫ. ba-
ptiſmus fluminis. flaminis. ⁊ ſanguis. baptiſm⁹ flumis ē p̄ncipał baptiſ-
mus q̇ fit cū aq̄ font̓ ex grā ſpūſſancti. Sꝫ baptiſm⁹ flamis eſt q̇ fit igne
ſpūſſancti cū gr̄a ſpūſſancti. Et illo baptiſmo btā v̓go Maria baptizata
eſt. ſꝫ Albert⁹ đt ꝙ vo baptiſmate ſicut Apl̄i baptizata ē. q̄uis ipa nō le-
ga͛t eē baptizata in aq̄ fontis. ſꝫ fuit baptizata in grā ſpūſſancti. Sed ba-
ptiſm⁹ ſanguinis. ē qñ ꝑpť fidē chr̄ianā ſanguis effundit̄. Et ſic ſcti mar-
tyres q̇ ſanguinē ꝑ xp̄o fuderunt ⁊ pueri innocentes ꝑ talē baptiſmū fu-
erut baptizati.

¶ Quarto notādū. ꝙ ſacr̄m baptiſmi ē inſtitutū q̄druplr̄ ꝫm ꝙ q̄ttuor
ſtꝫ gn̄a cauſaꝝ: ſcꝫ gen⁹ materiale finale efficiens ⁊ formale. Naꝫ q̄ ad cām
materialē tunc baptiſm⁹ ē inſtitutus in aq̄ que eſt cōis ⁊ gn̄alis oib⁹ ꝓ. Rō
eſt. q̄ꝛ ſicut legit̄ Chr̄s in iordane eſt baptizatus in aq̄ que eſt cōis om̄i-
bus. Et iō đt Mgr̄ q̄rto ſniaꝝ ꝙ baptiſmus non dꝫ fieri in vino nec in
lixinio nec in aq̄ turbida niſi tempore magne neceſſitatis. Sed ꝫm cām
formalem tunc baptiſmus eſt inſtitutus a chriſto quando dixit Marci
vltimo. Ite baptizantes in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti. Et h̄ for-
ma debet ſuari a quolibet baptizante. Et iđo ſi aliquis baptizaret pue-
rum ſic dđo Ego baptizo te in nomine patris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti ⁊ in nomi-
ne ſancti Nicolai. illa forma non valeret. Et iđo talis puer baptizat⁹ co-
rā đo omnipotenti non eſſet. iđo ꝙ ibi dimitteret formam ⁊ aliquid ſup-
adderet quia tali forme nihil eſt addendum. Et iđo mulieres baptizan-
tes pueros tp̄e neceſſitatis qñqꝫ negligunt pueros aliquid addentes ad

ꝶam formā dicētes.ego baptizo te in noīe pr̄is ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti ⁊ beate
marie ⁊ beati nicolai.⁊ iſti ſic facientes grauiſſime peccāt ⁊ credendum ē
puerum talem ſi ſupuixerit eē rebaptizādum. Scđa cā vicȝ efficiēs fuit
chr̄s.ſed effectꝰ baptiſmi eſt ablutio in fine ⁊ ꝓmptitudo ad bonū ⁊ tardi
tas ad malum. Sed finis baptiſmi eſt ablutio peccati originalis ⁊ trāſi-
tus regni celeſtis ſi innocenter baptizatus cuſtodiatur.
¶ Item nota circa cām efficientē ꝙ chriſtus baptiſmum inſtituit vt
quidā doctores dicunt cum de latere ſuo ſanguinem ⁊ aquā voluit ema
nare ⁊ poſtea aquā ſanctificauit dicens.niſi quis renatus fuerit ex aqua
⁊ ſpūſancto non intrabit reguum celorum. Joh.ij. ¶ Itē ꝙ baptizādus
cum ꝑmo ad eccl'iam venerit.tunc ꝑmo interrogat̄ vtꝝ abrenunciat dia
bolo. Et rn̄dent patrini abrenuncio. Et iteꝝ querit̄. vtrū credat in pa-
trem ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ſctm̄. Et iteꝝ patrini rn̄dent credo.⁊ ꝑ hoc baptizādus
inſtruitur de vita ⁊ fide. Nā de vita docet̄ abrenunciare diabolo.ſed ď fide
docetur credere in ſctām trinitatē. Etiā interrogat̄.ſi credit in eccl'iam
catholicā ſctōꝝ cōmunionē remiſſionē peccatoꝝ. Rn̄dent patrini credo.
Poſt iſtā interrogatōem ⁊ rn̄ſionem puulus ꝑ ſacerdotē ſufflat̄.ꝑ hoc ex
hortatur ad miniſterium dei.vt expellentur ab eo diabolice poteſtates.
⁊ ſm beatum Auguſtinum hec oīa fiunt ex imperio ſaluatoris q̇ di-
xit diſcipulis ſuis. Ite docere omnes gentes baptizātes eas in nōie pa
tris ⁊ filij ⁊ ſpūſſancti.
¶ Itē nota ſm Albertū ſicut ſꝫ ſeptē dona ſpūſſancti.etiā ſeptē ſꝫ dona
ipſius baptiſmi. Primū eſt ſalis collatio.vn̄ dr̄ venerabilis Beda.ſal bn̄-
dictū dat̄ in os baptizādi.vt ꝑcipiat doctrinā de fidei. Scđm donū ē aurꝭ
⁊ nariū cum ſputo linitio quod fit exēplo chr̄i qui lutū cuȝ ſputo faciēs
mutū ⁊ ſurdū ſanauit. Joh.ix. Et oculos ceci nati liniuit. Terciū donū
eſt ſignatio pectoris cum oleo vt cuſtodiat cor ſuū inuictū. Quartū do-
num eſt ſignatio inter ſcapulas cuȝ oleo ꝑ quā fortitudo ⁊ armatura di-
abolum denotat̄. Quintū donū ipa immerſio aque. Ubi nota.ꝙ trina
ſi immerſio fit in fonte ꝑ quod deſignatur triduana ſepultura chriſti qui
tribus diebus ⁊ noctibꝰ fuit in ſepulchro. Circa id additur vna cautela
que eſt talis. Nā ſi puer ſit ita debilis ꝙ non poſſit ter immergi fonti tūc
ſola terna aſperſio aque ſaffiteret. Sextū donū eſt vnctio facta in vertice
cum criſmate. Septimū donū eſt vnctio facta in fronte qđ ſꝫ effectū cō-
templatōis diuine ⁊ cognitōis eterne.
¶ Item nota.ꝙ puer debet ſolum tres patrinos habere.hoc eſt ſignuȝ
ſctē trinitatꝭ. Uel ideo.qꝛ oīe verum teſtimoniū ſtat in ore duoꝝ vl' triū
Si aūt eēnt plures ꝓpter pauꝑtateȝ ꝑentum.⁊ ſi niſi eſſet vnus tempo-
re neceſſitatis nō impediret ſacramentum baptiſmi.ita ꝙ ex hoc ſacra-
mentū baptiſmi non inficiatur. ¶ Item nota duo ſꝫ que impediunt ħ
ſacramētum.ſcȝ.exorciſmus ⁊ catheciſmus. Catheciſmꝰ precedit non ad
eius inſtructōem.ſed quo ad fidei ſuſceptōeȝ ꝓceſſionē ⁊ ſponſionē quā
facit puulus non in ꝓpria ꝑſona.ſed ꝑ vicariū ſcȝ ꝑ patrinos. Exorciſmꝰ
etiā ꝑcedit baptiſmum.i.adiuratio contra malos ſpūs ⁊ ſuggeſtiones eo
rundē vt depellatur poteſtas diaboli.ita ꝙ minuitur ne poſſit ſalutē in
puulis impedire.ſicut antea patebat. Et de tali incidit tale dubiuȝ. Si

aliq̇s moreref̃ poſt exorciſmū ⁊ cathecisſmū ⁊ non baptizaref̃. vtꝝ tunc ba-
ptiſmus aliquē haberet effectū ſaluādi. Ex quo baptiſmꝰ ē ianua ſancte
mr̃is eccl̃ie. ꝗ ſine baptiſmo nullꝰ liberaf̃ a damnatõe. Quare r̃ndef̃ ad
dubiū. ꝙ exorciſmꝰ ⁊ cathecisſmꝰ non pñt aliquē liberare a pena. vt q̇dam
doctores vlount. ſed quidā doctores dicunt. ꝙ cathecisſmꝰ aliquo mō ab-
ſoluit ip̃m hoiem a pena. Et ꝓ illo ſciēdum ꝙ pena ē multiplex. Nā que
dā ē pena dāni ⁊ ſenſus: ⁊ iſtā penā ſuſtinēt aie in inferno exñtes. ⁊ d̓r iō
pena dāni. q꞉ carent viſione dei. ſed d̓r iō pena ſenſus: q꞉ patiunf̃ in aia. ⁊
poſt diē iudicij tā in aia q̄ȝ in corꝑe patiunf̃. q꞉ tūc ibi erūt ſenſus vt patȝ
de diuite epulone Luce. xvj. dicente. crutior in hac flāma. Alique vo nec
hñt penā dāni. nec ſenſus. vt fuerunt ſancti patres olim in limbo. Alia ē
pena ſenſus ⁊ non dāni ⁊ talis pena eſt aiaꝝ in purgatorio exiſtente q̄ licȝ
hñt penā ſenſus ⁊ patiūtur in aia. tñ non hñt penā dāni. quia ſperant coti
die hr̃e viſionē dei. Quarte vo hñt penā dāni ⁊ non ſenſus vt pueri q̄ mo
riunf̃ ſine baptiſmate illi eñ penā dāni habent. q꞉ carent viſione ſc̄tē tri-
nitatis ⁊ non hñt penā ſenſus. q꞉ non patiunf̃ in aia. Et dicunt doctores
ſacre ſcꝑture. ꝙ gaudiū eoꝝ vel delectatio ē maior q̄ȝ alicuiꝰ hois in h̓ mū
do quāta p̄t haberi ex naturali reꝝ cognitõe. Tunc igif̃ ad dubitatõem
R̃ndetur. ꝙ ſi talis puer non fuerit baptizatus. tunc nō fruif̃ diuina vi-
ſione. Et qñ tunc arguif̃. ꝗ cathecisſmus ⁊ exorciſmus nullꝰ ſunt effectus
R̃ndetur. ꝙ alleuiatur eis penā. ſed tñ fruitione diuine viſionis carent

¶ Vltimo nota. dubitaret quis vtꝝ poſſit fieri dilatio poſt exorciſmum
⁊ cathecisſmū ad tres vel ad quattuor annos. ibi r̃ndetur ꝙ ſecuriꝰ ⁊ meli-
us eſt. ꝙ ſtatim poſt exorciſmū baptizaf̃ ꝓpter tres cās. Prima ē vt mor
bo ꝯueniens remediū exhibeatur. q꞉ ſi differet aliq̇s exhibitõem reme-
dij. tunc q̄nq̄ȝ morbꝰ in puero fieret incurabilis vt videmꝰ illō in exterio-
ribꝰ qñ medela nimis tarda ē. tunc morbꝰ fit incurabilis vt ꝗ morbo ſta-
tim ꝯueniens remediū p̄ſtetur. tūc puer ſtatim dȝ baptizari ne morbꝰ in
puero fiat incurabilis. vñ Aplſ. oēs naſcimur filij ire. Ephe. ij. Pro quo
ſciēdum. ꝙ duplex eſt gñatio. q̄dā eſt in vtero. ⁊ ē illa qñ aia infundif̃ cor-
pori. Alia eſt gñatio ex vtero ⁊ eſt qñ puer in natiuitate gñaꝝ. mō ſtatim
q̄n aia infundif̃ ipi corꝑi. tūc ibi ē morbꝰ. ⁊ ꝗ qñ ex vto gñaf̃. tunc immedi
ate morbꝰ dȝ curare. ⁊ ꝑ ꝯñs dȝ ſtatim baptizari. Scd̓a cā ē: ne puer mor-
te p̄ueniaf̃. q꞉ nec exorciſmꝰ nec cathecisſmꝰ curauit pueꝝ. ſed ſolū baptiſ-
mus ⁊ ne fiat ꝑiculū. tūc puer ſtatim ē baptizandꝰ. Tercia cā ē. ne puer a
diabolo opꝑmaf̃. q꞉ diabolꝰ p̄t pueꝝ opꝑmere ante baptiſmū ex ꝑmiſſio-
ne diuina. iō immediate puer eſt baptizandꝰ poſt exorciſmuȝ ⁊ cathecis-
mū ꝓpter tres cās dictas.

·i. q̇ inclinatꝰ ē ad mortē — .i. ex vto ſue mr̃is
Mortis agens puer officium dum naſcitur ille
sᶜ hoie — illō ſacr̃m — .i. aliquā
A quocunq̄ȝ poteſt baptiſmum ſumere nec quam
.i. q̄licūq̄ȝ — sᶜ infanti
Perſonam reijcit quocunq̄ȝ modo⸱ ſibi iunctam

ſᶜ ꝛ hẽ vex .i. baptizãdi ſᶜ a tali ꝑſona ſcȝ illa. ego baptizo te in noĩe. ⁊c.
**Dummodo mergendi ſeruetur debita forma**
ſᶜ talis infans .i. decederet .i. oleo ſanctificato
**Si tunc non moritur criſmetur criſmate ſacro**
.i. nõ eſt neccẽ .i. ad hũc puex .i. adducere ſᶜ teſtimoniũ
**Non opus eſt aliquos hunc accerſire patrinos**

¶ Hic mgr̃ remouet dubiũ ⁊ ẽ illd. ſi aliqs puer eſſet natꝰ ⁊ ad mortẽ inclinatꝰ quõ hmõi puer eẽt baptizãdꝰ. Ad hoc dubiũ rñdet lrã ſic. qñqꝫ eſt agẽs offi. iũ mortꝫ. i. qñcunqꝫ puer ẽ inclinatꝰ ad mortem in ꝑncipio ſue natiuitatꝫ. tũc ille puer dꝫ baptizari a quocũqꝫ. ſiue a muliere. ſiue a viro ⁊ non dñt ſpnere ꝑſonas quocunqꝫ mõ tales ꝑſone ſint ſibi iũcte. Et ille baptizãs debet obſ̃uare debitã formã q̃ ẽ talis. ego baptizo te in noie patris ⁊ filij ⁊ ſpũſſancti. Et ſi ille puer nõ morit̃. tũc poſtmodũ dꝫ criſmari ſacro criſmate. i. olio ſctificato. Et in tali caſu nõ ẽ neceẽ patrinos vocare ad baptiſmũ. nec dꝫ cathecizari. ¶ Circa lrãꝫ Primo ẽ ſciẽdũ. ꝙ ſi mulier in tali neceſſitate baptizaret puex ſuũ nõ eẽt iõ a viro ſuo ſeꝑanda ⁊ ſic ꝯſilr̃ intelligẽdũ ẽ ð viro ⁊ ð p̃re ⁊ ð alijs ꝯſanguineis. ¶ Scðo nota. ꝙ circa ſacr̃m baptiſmi tria ꝯcurrũt ſic̃ circa alia ſacr̃a. ſcȝ ſacr̃m tm̃ ⁊ res ſacr̃i. ſacr̃m ⁊ res ſacr̃i ſil̃. nã ſacr̃m baptiſmi ẽ fons ⁊ aq̃ bñdicta illiꝰ fontꝫ. ſȝ res ſacr̃i ẽ grã ſpũalit̃ ꝑ quã hõ in fide ꝯfirmat̃. ⁊ g̊ ꝑ tanto aliqs baptizat̃ vt ſibi grã augmẽtat̃ ⁊ vt in fide ꝯfirmat̃: ſed res ſacr̃i ⁊ ſacr̃m ſil̃ eſt caracter indebilis aie impſſus. ¶ Tercio notãdũ ꝙ ſacr̃m baptiſmatꝫ adhuc aliter notificat̃ ⁊ hoc ſic. ſacr̃m baptiſmatꝫ eſt ꝑncipium vite ſpũalis ꝑ qð ſit ſigillum ⁊ cuſtodia mentiſqꝫ illuminatio. Nã ꝑmo dr̃. eſt ꝑncipiũ vite ſpũalis naȝ ipẽ baptiſmꝰ eſt ianua regni celeſtis ꝑ quã oꝫ vnũquẽqꝫ fidelem intrare ad eternã vitã ꝑcipiẽdum ⁊ ſic merito baptiſmꝰ dr̃ ꝑncipium vite ſpũalis. qꝛ diſponit nos ad vitã eternã Joãnis. iij. niſi quis renatꝰ fuerit ex aq̃ ⁊ ſpũſctõ non intrabit regnũ celox. ſcðo dr̃ ꝑ (qð ſit ſigillum) et hoc ſimilitudinarie. qꝛ ſicut ꝑ ſigillũ vna lrã diſcernitur ab alia ſiue cog̊ſcitur ſicut lrã Epi vel conſulũ ꝑ ſigillũ impſſum cognoſcitur differre a lrã militꝫ vel comitis vel baronis. ſic nos chriſtiãi ꝑ hoc ſacr̃m baptiſmi ⁊ ſigilli diſtinguuntur ab alijs hoibus. ſcȝ a gentilibꝰ ⁊ a iudeis. ⁊ ſic ð alijs. ¶ Tercio dr̃ (⁊ cuſtodia) qꝛ ibi ẽ caract̃ indebilis impſſus aie etnalit̃. vñ caracter ſic diffinit̃. eſt q̃litas aie diſponens potẽtias eius ad ꝯſequenduȝ maiorem grãm. ¶ Quarto dr̃ (⁊ mentis illuminatio) qꝛ ꝑ baptiſmũ fides introducit̃ ⁊ mens. i. aia illuminat̃. ¶ Itẽ nota. ꝙ cã efficiẽs huiꝰ ſacr̃i eſt duplex. ſcȝ. ꝑncipalis ⁊ inſtrumẽtalis. Cã efficiens ꝑncipalis huius ſacr̃i eſt ipẽ chr̃s. ſed cã efficiens inſtrumentalis huiꝰ ſacr̃i eſt ſacerdos vl̃ miniſter. Item cã finalis ꝑncipaliter loquendo huius ſacr̃i eſt deletio oim pctõrum ⁊ oim penax. Et ergo ipẽ baptiſmus eſt dignioꝛ omnibꝰ ſacramentis in efficacia. Unde ſciendum ꝙ pena eſt duplex quo ad p̃ſens ſcȝ. eterna. vel tꝑalis. Nam pena temporalis eſt que nobis hic infligitur. ſicut eſt ſitis ⁊ fames ⁊ illam penam non delet baptiſmus. Sed pena eternalis eſt que aſſumpta eſt a ꝑmo hoie ex peccato ⁊ iſtaȝ delet baptiſmꝰ.

